MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80540-3

AUTHOR:

SCHON, FRANZ

TITLE:

DE ASSIMILATIONIS PRONOMINIS RELATIVI...

PLACE:

VRATISLAVIAE

DATE:

1909

Master Negative #

92-80540-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

887.5
Z8
v.1

Schön, Franz, 1883-
De assimilationis pronominis relativi extra dialectum Atticam usu. Dissertatio...quam...defendet auctor Franciscus Schön...Idem disseret "De Herone Alexandrino". Vratislaviae, Nischkowsky, 1909.
112 p. 22½ cm.

Thesis, Breslau.

375996

Restrictions on Use:



TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4/7/92 INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT






AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202





MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

De assimilationis pronominis relativi extra dialectum Atticam usu.

Dissertatio inauguralis philologica

quam amplissimi philosophorum Vratislaviensium ordinis

consensu et auctoritate

ad summos in philosophia honores

rite capessendos

die III mensis Septembris anni MCMIX hora XI
in aula musica

publice defendet auctor

Franciscus Schön
Silesius.

Idem disseret „**De Herone Alexandrino**".



Vratislaviae
R. Nischkowsky
MCMIX.

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit
Richardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die XXVII mensis Februarii.

RICHARDO FOERSTERO
PIETATIS ERGO.

Postquam R. Foerster libro, qui inscribitur „Quaestiones de attractione enuntiationum relativarum, qualis quum in aliis tum in Graeca lingua potissimumque apud Graecos poetas fuerit“ (Berolini 1868) indolem assimilationis pronominis relativi ostendit atque locos collegit, quibus poetae Graeci ea usi sunt, non defuerunt, qui dissererent, qualis fuerit usus huius quidem idiomatis apud singulos prosaicos Graecos. Perscrutati sunt scripta Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, decem oratorum Atticorum, Platonis, Aristotelis, Procopii, et ante hos tres annos Roesler Vratislaviensis scripsit dissertationem, quae est „De assimilationis pronominis relativi usu qualis fuerit apud Theophrastum, Polybium, Dionysium Halicarnaseum“, „ut lacuna, quae hiat inter Aristotelem et Procopium, in parte quidem expleatur“. Qua in dissertatione etiam de Epicuro quaesivit. Denique hoc ipso anno Schindler etiam usum Diodori Siculi et Strabonis tractavit.

Adhuc tamen viri docti praecipue scripserunt de usu assimilationis pronominis relativi, qualis sit apud scriptores Atticos; etsi libros Herodoteos perscrutati sunt, tamen nemo perquisivit, utrum assimilatio linguae Atticae propria sit, necne, quamquam iam Foerster hanc quaestionem movit. Quapropter animum induximus, ut de assimilationis pronominis relativi extra hanc dialectum usu ageremus. Foerster, qua erga nos est benevolentia, exempla assimilationis admissae vel omissae in corpore Hippocratico et in nonnullis titulis a se inventa e scriniis suis liberalissime nobis utenda tradidit. Nos autem non solum Aretaeum Cappadocem, Arriani Historiam Indicam, Luciani quae Ionice exstant, Vitam Homeri, quae sub Herodoti nomine fertur, disputationes, quae vocantur Διαλέξεις, Archimedem, Timaeum Locrum, Ocellum, epistulas Ionice et Dorice compositas, quae continentur „Epistolographis Graecis“, editis ab Herchero Parisiis 1873, sed etiam Aristoxenum, Euclidem, Apollonium, Philonem Byzantium, Hipparchum, Heronem, Nicomachum, Theonem, Pappum, Diophantum

perlustravimus, ut stabiliremus, quomodo assimilationem pronominis relativi adhibuerint. Hos auctores elegimus, ut commentatio nostra certis circumscribatur finibus; nam scriptores Ionicos et Doricos tractamus omnes, reliqui autem arto vinculo cohaerent, cum imprimis mathematica theoremata memoriae prodiderint. Quam non in deliciis fuerit temporibus eorum assimilatio, hac commentatione cognosces; nam saepe invenies enuntiata relativa non attracta, quae quin ab Atticis scriptoribus classicae aetatis assimilata fuerint non dubito. Quam vero vehementer 'Ατθίς saeculo primo a. Chr. n. exeunte ad pronomen relativum assimilandum contulerit, e scriptis Philodemi apparet; quam ob rem etiam huius auctoris opera prosa oratione composita nec non epigrammata adhibuimus.

Cum de natura et historia assimilationis pronominis relativi Foerster[1]) et Roesler[2]) uberius disseruerint et indicem virorum doctorum, qui de hac quaesiverunt proprietate, Foerster conscripserit[3]), pauca mihi praefanda videntur esse.

Duo genera assimilationis pronominis relativi distinguenda sunt. Vetustissimis temporibus nullum pronomen relativum nisi amplificatum verbo substantivo omisso in casum notionis regentis abiit, quam assimilationem nunc vetustissimam dicunt. Paulatim etiam pronomen simplex ὅς assimilationi succubuit, atque id primo in enuntiatis relativis, quorum praedicatum verbo substantivo simile est, postea etiam in aliis enuntiatis, qua de re uberius disseruit Foerster. Hoc assimilationis genus vulgare vocant grammatici. Rarius fit, ut in eiusmodi enuntiatis pronomen amplificatum assimilatione mutetur.

In vetustissimo assimilationis genere nihil de quo disputetur inest, cum iam in Homeri carminibus inveniatur[4]) et per totam Graecitatem adeo viguerit, ut paulatim nemo iam assimilationem senserit et pronomina illa amplificata pro indefinitis adhibita sint. Quapropter hanc vetustissimam assimilationem non copiose tractabo, sed tantum locos, quibus exstat vel omissa est, apud singulos scriptores in notis afferam.

[1]) L. c. p. 1 sqq.
[2]) L. c. p. 3 sqq.
[3]) „Die Kasusangleichung des Relativpronomens im Lateinischen", Jahrb. f. kl. Phil. Suppl. XXVII, 170/1.
[4]) Foerster, p. 32 sqq.

Res aliter se habet in vulgari assimilatione, quam prosaicorum primus adhibuit Heraclitus, poetarum Aeschylus[1]).

Paulatim haec proprietas latius vagata est, sed inde a Platonis et Aristotelis aetate evanuit, donec studio τῶν 'Αττικιστῶν reviviscere coepit, id quod hac commentatione demonstratum iri spero. Quae cum ita sint, in hoc assimilationis genus nos animum intendere necesse est. In iis autem enuntiatis, in quibus solum pronomine demonstrativo omisso pronomen relativum casum suum non mutat, assimilationem non statuendam esse puto.

Restat ut Foersteri librum me sequi profitear, praesertim cum ea, quae contra virum illum doctissimum dixerunt Reisertus in libro, qui inscribitur „Zur Attraktion der Relativsätze in der griechischen Prosa" Neustadt a. d. Haardt 1889 p. 16 et van Cleefius in libro, qui est „de attractionis in enuntiationibus relativis usu Platonico" Bonnae 1890 p. 31 refutata sint a Schindlero in dissertatione „de attractionis pronominum relativorum usu Aristotelico" conscripta Vratislaviae 1892 p. 3 sqq.

Caput I.

De assimilationis apud prosaicos Ionicos usu.

Orationem pedestrem apud Iones ortam esse inter omnes constat. Qua de re non est cur mireris quod primum vulgaris assimilationis exemplum in Heracliti fragmentis invenitur, ad quod Roesleri animum advertit Foerster[2]). Locus autem hic est: περὶ φύσεως fr. 2 Byw. (1 Diels Vorsokratiker² p. 61) πειρώμενοι καὶ ἐπέων καὶ ἔργων τοιούτων ὁκοίων ἐγὼ διηγεῦμαι διαιρέων ἕκαστον κατὰ φύσιν καὶ φράζων ὅκως ἔχει.

Antequam libros Hippocraticos adeamus, paucis verbis summam quaestionum comprehendere nobis liceat, quas de usu Herodoteo instituerunt May[3]), Bohlmann[4]), Reisert. Assimilatio pronominis relativi in scriptis Herodoti iam altius radices egit, sed raro auctor fines satis artos in ea excessit. Formulis τῶν ἡμεῖς ἴσμεν

[1]) Cf. Foerster, p. 57 sqq; Roesler, p. 8.
[2]) Cf. Roesler, p. 16.
[3]) De attractionis usu Herodoteo, Vratislaviae 1878.
[4]) De attractionis usu et progressu, qualis fuerit in enuntiationibus relativis apud Herodotum, Antiphontem, Thucydidem, Andocidem, Lysiam, Vratislaviae 1882.

(tricies reperitur) et τῶν ἐγὼ οἶδα (bis exstat) exceptis 38 enuntiationes relativae assimilationi succubuerunt, quo in numero semel (I, 78) nominativus pronominis relativi neutrius generis plur. assimilatione in genetivum commutatus est. In reliquis enuntiatis relativis semper accusativus in alium casum abiit isque tricies quater in genetivum, ter in dativum. Neutrum genus pronominis relativi vicies sexies assimilationi obnoxium factum est, femininum septies, masculinum quinquies. Praedicata omnium enuntiationum attractarum modo indicativo utuntur.

§ 1. De assimilationis usu, qualis sit in libris Hippocraticis.

Usu Herodoteo cognito nemo quaesivit de huius quidem assimilationis in dialecto Ionica fatis, si excipis pauca verba, quae Roesler de corpore Hippocratico fecit[1]). Qui cum non omnia proferat exempla, res denuo repetatur necesse est. In Hippocratis autem libris quique sub nomine eius feruntur tractandis[2]) exemplis, quae Foerster collegit mihique tradidit, me usurum esse iam supra dixi. Quale autem sit eius genus dicendi, recte iam ostendit Littreus tom. I, 473 sqq.

Agedum proferamus exempla assimilationis vulgaris admissae vel omissae.

I. De assimilatione admissa.

1. Accusativus pronominis relativi assimilationi obnoxius fit.

a) De enuntiatis substantivi generis.

α) Accusativus in genetivum abiit

de art. 42 (IV, 182, 14) . . . αἱ ἐν τῇ κλίμακι κατατάσιες οὐδένα πω ἐξίθυναν ὧν γε ἐγὼ οἶδα.

Pronomen, quamquam duabus vocibus a notione, e qua pendet enuntiatio relativa, diremptum et generis masculini est, tamen assimilationi obnoxium fieri debuit, cum enuntiatio relativa, quae formulae instar est, locum genetivi partitivi teneat tamque

[1]) Roesler, l. l. p. 18.

[2]) Locos laudo ex editione, quam curavit E. Littré Parisiis 1839—1861, sed inspexi et editionem curatam ab Ermerinsio et editionem a Kuehleweinio nondum ad finem perductam, cuius, ubi licuit, textum sequor. Librum, qui est *περὶ τέχνης* Gomperz („Die Apologie der Heilkunst“, Berichte der Akademie zu Wien, vol. 120, disp. IX) Protagorae sophistae tribuere voluit.

debilis sit, ut casum pronominis defendere non possit. Accedit quod praedicatum, verbum sentiendi[1]), indicativum exhibet.

epist. 17 (IX, 352, 8) . . . εἶτ' ἀνῴμωξε πάλιν ἄλλος ὑποκρινόμενος παροδίτην ἀπολέσαντά τι ὧν διεκόμιζε

de fract. 24 (III, 496, 2) . . . ἢ ἄλλο τι ὧν εἰώθασιν ποιεῖν . . .

de vet. med. 8 (I, 586, 8) . . . καταφαγεῖν ἄρτον καὶ κρέας, ἢ ἄλλο τι ὧν οἱ ὑγιαίνοντες ἐσθίοντες ὠφελέονται . . .

Quibus in enuntiationibus relativis accusativus neutrius generis plur. assimilatione in genetivum traductus est. Enuntiatum relativum, quod primo loco laudavimus, obiecto et praedicato circumscriptum est; sequitur enuntiatum relativum, cuius obiectum ad infinitivum ποιεῖν[2]) spectat. Subiecto aucta est enuntiatio relativa tertia; cum vero haec quoque locum genetivi partitivi teneat, assimilatio adhibita est, quamquam pronomen e participio ἐσθίοντες pendet. Praedicatum enuntiatorum indicativum exhibet.

Sequitur exemplum simile ei, quod modo tractavimus,

de vet. med. 8 (I, 586, 11) . . . φάγοι τι ὧν βοῦς ἢ ἵππος φαγὼν ⟨ἂν⟩ ὠφελοῖτό τε καὶ ἰσχύοι . . .

Haec enuntiatio relativa e subiecto, quod attributo definitum est, praedicato, obiecto constat. Subiectum bipertitum est aeque atque praedicatum, quod in optativo positum est. Obiectum pendens e participio, accusativus neutrius plur. pronominis relativi, in genetivum conversum est. Enuntiationes relativae, quarum praedicatum optativo modo continetur, rarius assimilationi succumbunt[3]); sed cum in enuntiato, quod tractamus, pronomen relativum non ad praedicatum ipsum, sed ad participium spectet ac nulla voce interiecta notionem regentem τι sequatur, assimilatio adhiberi potuit. In enuntiato relativo ἄν coniectura insertum est.

His quae e pronominibus τὶς vel οὐδείς pendent enuntiatis relativis adiungimus ea, quae ex adiectivis pendent:

de morb. mul. I, 39 (VIII, 94, 21) Ἢν δὲ ἐκ τόκου γυνὴ καθαρθῇ ὀλίγῳ πλέονα ὧν χρή, . . .

Structura ita solvenda est: πλέονα τούτων ἃ χρή scil. καθαίρεσθαι. Accusativus igitur, non nominativus, attractus cernitur.

de vict. acut. 7 (II, 274, 10) κράτιστα δὲ ταῦτα ὧν ἐγὼ οἶδα ἐστί.

[1]) Cf. Foerster, p. 40. [2]) Cf. Foerster, p. 41. [3]) Cf. Foerster, p. 68.

Genere pronominis relativi excepto similem assimilationem iam supra (p. 4) protulimus.

epist. 17 (IX, 356, 19) . . . τί μέντοι, Δημόκριτε, ἔφην, γελᾷς; πότερον τὰ ἀγαθὰ ὧν εἶπον ἢ τὰ κακά;

Qua enuntiatione relativa nulla facilius assimilari potuit; nam enuntiatio relativa genetivi partitivi locum tenet neque quidquam nisi praedicatum, indicativum verbi dicendi [1]), et obiectum neutrius generis plur. continet.

Sequuntur enuntiationes relativae e praepositione ἐξ pendentes.

epist. 13 (IX, 334, 7) δοκιμάζει δὲ ἕκαστος ἐξ ὧν αὐτὸς οὐκ ἔχει, τὸ ἐν ἄλλῳ πλεονάζον περισσεύειν.

de humor. 19 (V, 500, 5) Σκεπτέον δὲ ἐξ ὧν ἴσμεν καὶ παρεόντων καὶ ἀτρεμεόντων περὶ χροιῶν . . .

de arte 13 (VI, 26, 11) . . . τὴν πίστιν τῷ πλήθει ἐξ ὧν ἂν ἴδωσιν οἰκειοτέρην ἡγεύμενοι ἢ ἐξ ὧν ἂν ἀκούσωσιν.

In his enuntiatis relativis semper accusativus neutrius generis plur. assimilationi obnoxius factus est. Enuntiatio primo loco laudata subiectum, obiectum, praedicatum continet, quod indicativo verbi habendi [2]) formatum est. In enuntiato, quod sequitur, una cum pronomine accusativi praedicativi mutati sunt. Similem locum infra (p. 8) laudabimus; praedicatum est verbum sentiendi in indicativo positum. Ut praedicatum horum enuntiatorum relativorum indicativum exhibet, ita locus, qui legitur VI, 26, 11, duas praebet enuntiationes relativas, quarum praedicatum coniunctivo ἄν particula addita [3]) continetur. Quae enuntiationes relativae, cum non habeant quo se defendant praedicatumque utriusque sit verbum sentiendi, in potestatem notionis regentis redactae sunt.

β) Accusativus in dativum traducitur.

Primum inspiciamus eas enuntiationes relativas, quae e verbis pendent.

de morb. IV c. 51 (VII, 584, 13) Ἔοικε δὲ τοῦτο ᾧπερ οἱ Σκύθαι ποιέουσι ἐκ τοῦ ἱππείου γάλακτος.

Quo loco Ermerinsius II, 461, 13 pro ὥσπερ, quod praebent codices, recte ᾧπερ scripsit.

Enuntiatum, quod a dativo sing. pronominis ὅσπερ incipit, subiecto, obiecto, praedicato, attributo circumscriptum est. Neu-

[1]) Cf. Foerster, p. 40. [2]) Foerster, p. 41.
[3]) Foerster, p. 68.

trum genus pronominis et indicativus praedicati, verbi faciendi, ad pronomen assimilandum adiuverunt, verbum vero ἔοικε determinationem itaque assimilationem pronominis flagitavit.

epist. 16 (IX, 346, 6) Οὐ γὰρ ἀρκέεται ὁ κινδυνεύων οἷς δυνάμεθα . . .

Hoc enuntiatum relativum attrahi debuit, cum pronomen sit neutrius generis plur. praedicatumque verbum auxiliare δύνασθαι [1]) sit in indicativo positum.

Deinde locos e praepositionibus pendentes afferamus:

vect. 40 (IV, 388, 13) Ἃ ἀπατῶνται καὶ δι' ἅ, ἐν οἷσιν ὁρῶσιν, ἐν οἷσι διανοεῦνται ἀμφὶ τὰ παθήματα, ἀμφὶ τὰ θεραπεύματα.

Cum Ermerinsio III, 181, 16 δι' ἃ ἀπατῶνται καὶ ἐν οἷσι ὁρῶσι καὶ ἐν κτλ. scribendum et verba δι' ἃ referenda esse ad ea, quae antecedunt, puto. Pronomen relativum ἅ, a quo incipit enuntiatio, tantum Kuehleweinii coniectura continetur. Sed, etiamsi non cum Ermerinsio facias, tamen in utroque enuntiato relativo accusativum pronominis relativi neutrius generis plur. in dativum abisse non negabis, id quod fieri debuit; nam enuntiationes relativae a praepositione pendent et tam debiles sunt, ut se defendere nequeant; accedit quod praedicata, quorum alterum verbum faciendi, alterum sentiendi est, indicativum exhibent.

b) De enuntiatis relativis attributivi generis.

α) Accusativus in genetivum conversus est.

epid. VI sect. 2, 16 (V, 286, 2) Τὰς ἐφόδους ἀνεστομῶσθαι, οἷον ῥῖνας, καὶ τὰς ἄλλας ὧν δεῖ καὶ ᾗ δεῖ . . .

de cris. 16 (IX, 282, 7) . . . τῶν ἄλλων σημείων ἐπιγινομένων οἵων δεῖ . . .

In utraque enuntiatione relativa infinitivus e sententia primaria supplendus et accusativus pronominis in genetivum mutatus est. Enuntiatum relativum priore loco allatum ad genetivum partitivum cogitatione repetendum spectat.

de morb. IV c. 55 (VII, 604, 7) Ὑπὸ τοιούτων δὲ οἵων ἐγὼ ἐρέω, διουρέεται

Enuntiatum relativum subiectum, obiectum, praedicatum amplectitur, quod verbum dicendi est. Pronomen relativum amplius [2]) cum neutrius generis plur. neque ulla alia voce nisi

[1]) Cf. Foerster, p. 40.
[2]) Cf. Schindler, l. l. p. 53.

particula δέ a notione, ad quam spectat, diremptum sit, facile in genetivum abiit.

epist. 10 (IX, 324, 4) Εὖ ἴσθι, χαριεῖ καὶ τῷ μέλλοντι αἰῶνι μὴ προεκλιπὼν Δημόκριτον ἧς ἐλπίζει προτερήσειν ἀληθείης.

Quamquam hoc loco accusativus pronominis relativi subiectum structurae accusativi cum infinitivo et feminini generis est, tamen in genetivum traductus est, cum enuntiatio relativa inter verbum regens et notionem, ad quam refertur, interiecta sit, ut haec notio et enuntiatum relativum in unum corpus confundantur. Enuntiato relativo talem in modum posito, ut appareat incorporatio quae dicitur, pronomen relativum fere semper assimilatur.

de morb. IV c. 51 (VII, 584, 20) . . . ὑπὸ τῶν ἀρχῶν διΐσταται ὧν εἴρηκά οἱ πάντα . . .

Quo in enuntiato relativo accusativus feminini generis plur. genetivi formam facile induit; nam enuntiatum relativum nihil aliud continet nisi obiectum et praedicatum, quod indicativum exhibet et forma est verbi dicendi.

prorrhet. II, 25 (IX, 58, 5) . . . ἢ ἄλλο τι τῶν πονηρῶν ὧν ἔγραψα.

de morb. mul. I, 68 (VIII, 142, 15) . . . διδόναι τῶν φαρμάκων τι ὧν ἐγὼ φράσω . . .

Pronomen harum enuntiationum relativarum est neutrius generis plur., quod in talibus enuntiatis fere semper in genetivum abisse ex iis, quae supra diximus, satis intellegitur.

de vet. med. 2 (I, 572, 20) οὔτε λέγειν προσήκει ἢ περὶ τῶν παθημάτων ὧν αὐτοὶ οὗτοι νοσέουσί τε καὶ πονέουσι.

Quamquam hoc loco pronomen relativum est obiectum immanens[1]) et praedicatum duplex cernitur, tamen pronomen in genetivum conversum est, cum enuntiatio relativa cum notione, ad quam spectat, artissime cohaereat.

prorrhet. II, 22 (IX, 50, 23) . . . ἢ ἄλλο τι τῶν πονηρῶν ὧν ἔγραψα σημείων εἶναι ἐν τῇσι δυσεντερίῃσιν ἐπιγένηται.

Qui locus propterea insignis est, quod etiam nomen praedicativum in structura accusativi cum infinitivo similiter atque loco p. 6 allato una cum pronomine relativo assimilatum est.

de loc. in hom. 34 (VI, 326, 10) Τῶν νοσημάτων ὧν ⟨ἂν⟩ μὴ ἐπίστηταί τις, φάρμακον πίσαι μὴ ἰσχυρόν.

---

[1]) Cf. Roesler, p. 83.

Cum pronomen sit neutrius generis plur. praedicatumque verbum sentiendi, pronomen assimilatum est, quamquam praedicatum coniunctivum habet. (Post relativum ἂν inserendum censuit Foerster.) Contra libros Ermerinsius II, 423, 3 hunc locum scribit Ἐν νοσήμασι, ἃ ἂν μὴ κτλ.

de morb. mul. II c. 115 (VIII, 248, 14) πρωῒ μὲν νήστει διδόναι τῶν φαρμάκων τι πίνειν ἐπ' οἶνον ἐπιπάσσων ὧν ἂν ἐγὼ γράψω πρὸς ῥόον.

Si coniunctivum ἄν particula adiecta enuntiati relativi excipis, locis supra (p. 8) allatis similis est.

Sequuntur tres loci, quorum structura explicari non potest, nisi ante pronomen relativum genetivum partitivum omissum esse dicis, ad quem refertur accusativus pronominis relativi in genetivum mutatus. Quae cum ita se habeant, etiam his locis assimilationem statuendam esse puto:

de morb. mul. I, 46 (VIII, 104, 20) Τῇ τοιαύτῃ χρὴ διδόναι φάρμακα ὧν ἂν ἐγὼ γράψω . . .

ibid. I, 54 (VIII, 112, 18) . . . καὶ φάρμακα προσάγειν ὧν ἂν ἐγὼ γράψω . . .

ibid. II c. 115 (VIII, 248, 21) . . . πυριῇν καὶ μαλθάσσειν προσθέτοισιν ὧν ἂν ἐγὼ γράψω . . .

Priusquam vero ad enuntiationes relativas transeam, quarum pronomen ex accusativo in dativum traductum est, afferam attractionis exemplum, quod Littreus e margine solius codicis H ingessit, ut sensus clarior distinctiorque fiat. Locus, quem sine enuntiatione relativa omnes libri praebent, hic est:

prorrhet. II, 3 (IX, 10, 23) . . . πρῶτον μὲν τῶν σημείων ὧν λέγω τεκμήρασθαι τοῦτο γνόντα . . .

Quo loco accusativus neutrius generis plur. facillime in genetivum converti potuit, cum enuntiatio relativa nihil aliud contineat nisi obiectum et praedicatum, quod indicativum exhibet et verbum dicendi est.

β) Accusativus in dativum abiit.

de nat. pueri 29 (VII, 530, 9) . . . εἰ βούλεταί τις τοῖσιν ἱστορίοισιν ὁκόσοισι μέλλω λέγειν χρῆσθαι.

Etiam in hac enuntiatione relativa, quae interiecta est inter vocem, ad quam refertur, et verbum, aeque atque in enuntiato

supra (p. 5) allato de fract. 24 (III, 496, 2) verbum auxiliare cum infinitivo cernitur, e quo pendet pronomen voci, ad quam spectat, ipsi succedens.

de nat. pueri 30 (VII, 532, 15) . . . κεῖναι διεβλήθησαν τρόπῳ τοιῷδε ᾧ μέλλω ἐρέειν.

Genere formaque pronominis relativi exceptis hic locus simillimus est ei, quem modo laudavimus.

de vict. rat. I, 35 (VI, 518, 8) τῇ διαίτῃ χρέεσθαι ᾗ εἶπον πρότερον.

Enuntiatio relativa, cuius pronomen feminini generis assimilatum est, obiectum praedicatumque amplectitur adverbio definitum. Praedicatum, verbum dicendi, in indicativo positum est. Enuntiatio relativa praesidio priva facile attrahi potuit.

prorrhet. II, 23 (IX, 52, 16) ὅστις δὲ μήτε ἐν τῇσιν ἡλικίῃσίν ἐστι ταύτῃσιν ᾗσι φημὶ ὑπὸ τοῦ νοσήματος τούτου κακῶς περιέπεσθαι . . .

Accusativus subiecti cum infinitivo structus assimilationi succubuit.

de morb. IV c. 56 (VII, 604, 19) οὗτοι δὲ οἱ ταῦτα λέγοντες διαβάλλονται τούτῳ ᾧ μέλλω ἐρέειν

de morb. I, 22 (VI, 188, 2) . . . ὅταν τι αὐτοὺς νόσημα τούτῳ ᾧ ἂν ἔχωσι παραπλήσιον καταλάβῃ . . .

de vet. med. 1 (I, 570, 5) . . . ἐν πολλοῖσι μὲν [καὶ] οἷσι λέγουσι καταφανέες εἰσὶν ἁμαρτάνοντες.

Quo loco Kuehlewcinius „auctore Hermanno Schoene“ pro καὶ scripsit και⟨νοῖσι⟩, sed cum Foerstero καὶ delere malo.

prorrhet. II, 3 (IX, 12, 9) Ἔξεστι δὲ καὶ ταῦτα πάντα καταβασανίζειν κάλλιστα καὶ τἄλλα τοῖσι δοκιμίοισιν οἷσιν ἔχομέν τε καὶ χρεόμεθα εὖ πάντα.

de morb. mul. II c. 110 (VIII, 238, 1) προσθέτοισι δὲ χρῆσθαι οἷσιν ἂν ἐγὼ γράψω . . .

ibid. II c. 177 (VIII, 360, 11) προσθέτοισι δὲ οἷς ἂν ἐγὼ γράψω καὶ ποτήμασι χρεέσθω.

2. De dativo assimilato.

de nat. pueri 18 (VII, 502, 13) . . . κατὰ λόγον τῶν ἡμερέων χωρήσει ὧν οὐ χωρέει ἐς ἅπαξ

de morb. mul. I, 12 (VIII, 50, 9) ἐμέτοισι χρῆσθαι πρὸ τῶν ἡμερέων ὧν μεμαθήκει τὰ ἐπιμήνια γίνεσθαι . . .

Quibus in enuntiatis relativis attributi vices gerentibus ne dativus quidem integer remansit, quin etiam dativus feminini

generis, qui fuit dativus temporis, in genetivum traductus est. At enuntiatum relativum attributi instar cum nomine τῶν ἡμερέων artissime cohaeret. Genetivum non principalem esse vel inde cognosci potest, quod in libris de natura pueri et de morbis mulierum I nullus locus invenitur, quo temporis momentum genetivo notatur; at leguntur enuntiata relativa non attracta, quae nostris similia sunt, de nat. pueri 29 (VII, 530, 12) et de morb. mul. I, 74 (VIII, 154, 12)[1].

3. Nominativus assimilatur.

a) De enuntiatis substantivi generis.

Omnia enuntiata e praepositionibus pendent:

ἀπό

de morb. I, 19 (VI, 174, 11) Διαφθείρεται δὲ ὑπὸ γαστρὸς ῥυείσης, ἀφ' ὧνπερ καὶ ἐπὶ τῶν πρόσθεν εἴρηται

ἐξ

de dec. hab. 12 (IX, 240, 3) εἰ δὲ μή, κατὰ τἄλλα ἀδιάπτωτος εἶναι ἐξ ὧν παραγγέλλεται ἐς ἑτοιμασίην.

Quo loco corrupto cum Ermerinsio III, 345, 19 pro τὰ κατ' ἄλλα lego κατὰ τἄλλα et ἀδιάπτωτος εἶναι pro ἀδιάπτωτον.

ὑπό

de morb. I, 21 (VI, 182, 11) διαφθείρεται ὡς τὰ πολλά, ἢ παραυτίκα ἐμέων αἷμα, ἢ ὑστέρῳ χρόνῳ ὑφ' ὧν καὶ ἐν τῇ πρόσθεν εἴρηται διαφθειρόμενος.

In his enuntiatis relativis semper pronomen relativum neutrius generis assimilationi succubuit; ter passivum est[2]), modus semper est indicativus.

b) De genere attributivo.

α) Nominativus abit in genetivum.

de morb. mul. I, 30 (VIII, 74, 6) Ἢν δὲ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα σπληνώδης ᾖ ὑπὸ παθημάτων ὧν εἴρηται ἐν τῇ νούσῳ τῇ τὰ καταμήνια τὰ ὑδρωποειδέα καὶ φλεγματοειδέα ἀφιείσῃ . . .

In hoc enuntiato relativo assimilatio adhibita est, cum pronomen relativum praedicatumque, quod verbi passivi indicativo continetur, vocem ipsam subsequantur, ad quam pronomen spectat. Praeterea pronomen relativum est neutrius generis plur. et praedicatum verbo εἴρηται continetur.

---

[1]) P. 16. [2]) Cf. Foerster, p. 9.

β) Nominativus abit in dativum.

de art. 64 (IV, 274, 11) . . . ἀποθανεῖται ἐν ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσι τοιούτῳ θανάτῳ οἵῳπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται.

de morb. IV c. 46 (VII, 572, 10) Ἢν δὲ μεθῇ τὸ πῦρ τριταῖον, τῷ αὐτῷ τρόπῳ μεθίει ᾧπερ καὶ αὐθήμερον εἴρηται.

Quibus in enuntiationibus relativis nominativus masculini generis pronominis amplificati οἵόσπερ et ὅσπερ assimilatione in dativum mutatus est, id quod in enuntiatis relativis formularum instar adhibitis, quorum praedicatum verbo εἴρηται formatum est, facile fieri potuit. Sed in textu loci alterius libri non congruunt, cum lectio vulgaris ὥσπερ sit. Editores codd. GHKL et editionem Aldinam secutos ᾧπερ recte scripsisse vel inde cognosci potest, quod de nat. pueri 31 (VII, 540, 8) scriptum invenimus: . . . καὶ ζωοῦται τῷ αὐτῷ τρόπῳ, ᾧπερ καὶ τὸ ἓν εἴρηται, quo loco non assimilatio, sed ellipsis infinitivi ζωοῦσθαι statuenda est.

4. Assimilationem pronominis relativi non statuendam esse puto in enuntiatis sequentibus:

de arte 12 (VI, 24, 11) . . . τεκμαρεῖταί τι ὀφθὲν περὶ ἐκείνων ὧν αὐτῇ ἐν ἀμηχάνῳ τὸ ὀφθῆναι ἦν.

Hoc loco genetivus pronominis relativi est principalis pendens e περὶ praepositione, quae cogitatione repetenda est.

Sequuntur enuntiationes relativae, quarum pronomen verbo sententiae primariae supplendo explicatur.

de morb. mul. I, 66 (VIII, 136, 18) . . . ἐμπιπλάναι καὶ σιτίων πολλῶν καὶ ὄψου ὁκοίου ἂν βούλωνται . . . (scil. ἐμπιπλάναι).

ibid. II c. 115 (VIII, 248, 19) . . . κλύζειν τῶν κλυσμάτων ὁκοίοισιν ἂν δοκέῃ δεῖσθαι, ἤν τε καθαρτικωτέροισιν ἤν τε μαλθακωτέροισι (scil. κλύζεσθαι).

Enuntiatum simile legitur ibid. I, 66 (VIII, 140, 5)

de mul. ster. c. 217 (VIII, 418, 20) . . . πυριῇν ἐγκαθίζων τὰς μήτρας αὐτὰς πυκνὰ ἐν ὅτῳ ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν (scil. ἐγκαθίζειν). Similis locus exstat de superfoet. 29 (VIII, 496, 3).

de loc. in hom. 47 (VI, 344, 23) . . . χρῶ ᾧ τινι βούλει τῶν κακόδμων, ἢ κέδρῳ, ἢ . . . (scil. χρῆσθαι).

de art. 71 (IV, 292, 14) χρῆσθαι δὲ οἷσιν ἂν δόξῃ ἑκάστοτε (scil. χρῆσθαι). Similis locus occurrit de ulcer. 16 (VI, 420, 1).

II. Nunc inspiciamus locos assimilationis omissae,

1. atque primum quidem agamus de accusativo integro.

a) De enuntiatis substantivi generis.

α) Accusativus non in genetivum conversus est.

Enuntiatum relativum e verbo pendens legitur

de fract. 2 (III, 418, 9) τῶν δὲ ἄλλων τεχνέων ἐπελελήθει καὶ ὁπόσα[1]) ἰσχύϊ ἐργάζονται καὶ ὅσα τεχνήμασιν . . .

Pronomen relativum amplius ὁπόσος uno loco excepto (de nat. pueri 29, tom. VII, 530, 9)[2]) semper in corpore Hippocratico assimilationi restitit; nostro loco assimilatio propterea omissa est, quod pronomen duplicatum ad casum defendendum valde valuit et quod membra sententiae inter se distinguuntur.

Sequitur enuntiatio relativa e praepositione pendens

de offic. med. 3 (III, 278, 7) . . . πρὸς τὴν λαμπροτάτην τρέπειν τὸ χειριζόμενον. πλὴν ὁπόσα ἢ λαθεῖν δεῖ ἢ ὁρᾶν αἰσχρόν.

Pronomen relativum amplius, quod etiam ad verbum ὁρᾶν referatur necesse est, subiectum accusativi cum infinitivo est. Quapropter melius se tutari potuit. Toto corpore Hippocratico quinque enuntiata relativa exstant[3]), quorum pronomen, quamquam est subiectum accusativi cum infinitivo, assimilationi non restitit. His autem locis, ut supra diximus, positio enuntiati relativi ad assimilationem quam maxime idonea fuit.

β) Accusativus non abit in dativum.

Enuntiata relativa, quae huc pertinent, e verbis pendent.

de nat. mul. 49 (VII, 392, 18) . . . καὶ πυριῇν ὅ τι ἂν μάλιστα προσδέχηται . . .

Praedicatum enuntiati relativi coniunctivum ἂν particula adiecta exhibet, id quod assimilationi magis repugnare quam conducere solet. Gravissimum autem videtur esse quod scriptor assimilationem non gratam habuit.

de ulcer. 3 (VI, 404, 11) Ὑποκάθαρσις τῆς κάτω κοιλίης ξυμφέρει τοῖσι πλείστοισι τῶν ἑλκέων . . . καὶ ὅσα σφακελίσαι κίνδυνος, καὶ ὅσα ῥαπτά . . .

Pronomen relativum prius est subiectum structurae accusativi cum infinitivo, et una cum pronomine posteriore etiam ῥαπτά ex nominativo in dativum converti necesse erat. Praeterea multae voces inter pronomina et notionem, ad quam spectant, interiectae sunt. Quae cum ita sint, assimilationes omissae satis excusantur.

---

[1]) Cf. Kuehleweinii ed. tom. I prol. p. XCIII.
[2]) Cf. supra p. 9.
[3]) Cf. supra p. 7 sq.

b) De enuntiatis relativis, quae attributi vices gerunt.

α) Accusativus non in genetivum conversus est.

de vict. rat. II, 38 (VI, 530, 25) . . . πορεύεταί τε διὰ τοιουτέων τόπων, οὓς τινας ὁ ἥλιος οὐκ ἐφέρπει . . .

Pronomen relativum amplificatum est masculini generis, quod, ut fieri solet, etiam in libris Hippocraticis saepius assimilationem effugit quam iniit.

de aëre aqu. et loc. 22 (II, 80, 14) . . . ἡ τοιαύτη νοῦσος ἀπὸ τοιαύτης προφάσιος τοῖς Σκύθῃσι γίνεται, οἵην εἴρηκα.

Hoc loco pronomen relativum feminini generis et tribus vocibus seiunctum est a notione, ad quam refertur. Similem enuntiationem relativam, in qua accusativus neutrius generis plur. pronominis οἷος in genetivum abiit, supra (p. 7) protulimus.

de vict. acut. 1 (II, 224, 5) ὁπόσα δὲ προσκαταμαθεῖν δεῖ τὸν ἰητρὸν μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, τούτων πολλὰ παρεῖται . . .

Totum enuntiatum relativum antegreditur vocem, ad quam pertinet. Enuntiationes relativae talem in modum positae semper fere assimilationem effugerunt, „quoniam de casu notionis regentis nondum cogitatur, cum enuntiatio relativa exprimitur“ [1]).

de his, quae ad virg. spectant 1 (VIII, 466, 4) . . . καὶ περὶ τῶν ἀποπλήκτων καὶ περὶ τῶν δειμάτων, ὁκόσα φοβεῦνται οἱ ἄνθρωποι ἰσχυρῶς, ὥστε . . .

Pronomen relativum, cum vinculum inter enuntiatum et nomen non ita artum sit, casum suum defendere potuit.

de art. 77 (IV, 310, 7) . . . πρὸς τῷ ἄρθρῳ τῆς κεφαλῆς, ἣν δεῖ μάλιστα ἐκμοχλεύσασθαι . . .

epid. V, 26 (V, 224, 20) . . . ἡ σηπεδὼν τοῦ δέρτρου πολλὴ καὶ ἄλλων σαρκῶν, ἃς ἔδει αὐτίκα ἐκβάλλειν, εἴ τις ἠδύνατο, ξηρῷ φαρμάκῳ . . .

Sequuntur nonnulla exempla, quae scriptores assimilationem effugisse demonstrant in enuntiatis relativis, quae quin a scriptoribus, qui huic favent proprietati, attracta fuerint non dubito.

de nat. pueri 24 (VII, 518, 19) . . . ὄζοῦται ὑπ' ἀνάγκης τοιῆσδε, ἣν ἐρέω·

[1]) Roesler, l. c. p. 87; cf. ibid. p. 34, 53.

de offic. med. 15 (III, 318, 11) Φύσις δὲ ἐν μὲν ἔργοις, τοῦ ἔργου τῇ πρήξει, ὃ βούλεται, τεκμαρτέον·

de morb. I, 14 (VI, 162, 15) ἀπόλλυται δὲ οὗτος ἢ ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ἃ εἴρηκα ἔμπροσθεν . . .

epist. 17 (IX, 364, 10) . . . νικῶνται δὲ καθ' ἡμέρην ὑπὸ τῆς ἀσελγείης, ὑπὸ τῆς φιλαργυρίης, ὑπὸ τῶν παθέων πάντων, ἃ νοσέουσι.

prorrhet. II, 23 (IX, 52, 18) . . . ἐλάχιστά τε τῶν σημείων ἔχει τῶν πονηρῶν, ἃ ἔγραψα εἶναι, ἀσφαλέστατα διάκειται οὗτος.

Enuntiatum relativum attractum, quod huic enuntiato simile est, supra (p. 8) protulimus. Exemplum, quod ante oculos habemus, docet in libris Hippocraticis inveniri locos, qui, quamquam ad pronominis assimilationem idonei sint, tamen eam non exhibeant, quia auctor parum ad eam inclinavit.

de art. 45 (IV, 194, 6) . . . καὶ παραφύσιας ἔχει μυῶν τοῦτο μοῦνον τὸ χωρίον ἐκ τῶν ἔσωθεν, ἃς δὴ καλέουσι ψόας.

Quo loco pronomen ab assimilatione abhorrere apparet, cum verbum καλεῖν et accusativus praedicativus assimilationi obstent [1]).

β) Accusativus non in dativum traductus est.

de aëre aqu. et loc. 22 (II, 78, 16) . . . νομίσαντές τι ἡμαρτηκέναι τῷ θεῷ, ὃν ἐπαιτιῶνται . . .

de mul. ster. c. 222 (VIII, 430, 12) . . . καὶ δοῦναι τῇ γυναικὶ αὐτῇ, ἣν μέλλεις κλύζειν.

epid. IV, 38 (V, 180, 5) Τῇ οἰκέτιδι, ἣν νεώνητον ἐοῦσαν κατεῖδον . . .

de morb. mul. I, 53 (VIII, 112, 8) . . . καταπλάσσειν βρύῳ τῷ θαλασσίῳ, ὃ ἐπὶ τοὺς ἰχθύας ἐπιβάλλουσι . . .

de fistul. 6 (VI, 452, 22) Ἢν δὲ ἐν χωρίῳ ᾖ, ὃ μὴ οἷόν τε τάμνειν . . .

Rursus monendum est ex his quoque locis scriptores corporis Hippocratici non magnopere assimilationi pronominis relativi favisse apparere.

prorrhet. II, 23 (IX, 54, 2) Ἕδραι δὲ ἐκτρέπονται, ἀνδράσι μὲν οὓς ἂν διάῤῥοια λάβῃ ἔχοντας αἱμοῤῥοΐδας, παιδίοισι δὲ . . .

[1]) Cf. Roesler, p. 33—34, 86, 97.

2. De exemplis dativi non assimilati.

Dativus tota Graecitate rarius assimilationi obnoxius fuit. Si excipis duos illos locos Hippocraticos p. 10 a nobis allatos, novem exempla huius casus in genetivum conversi adhuc inventa sunt[1]). Omnia enuntiata, quae in corpore Hippocratico assimilationi restiterunt, attributivi generis sunt.

de vet. med. 1 (I, 570, 6) . . . ὅτι ἀμφὶ τέχνης ἐούσης, ᾗ χρέονταί τε πάντες ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι καὶ τιμῶσι μάλιστα τοὺς ἀγαθοὺς χειροτέχνας καὶ δημιουργούς.

de morb. mul. I, 41 (VIII, 98, 10) . . . ὁκοῖα εἴρηται ἀμφὶ τῆς παρθένου, ᾗ τὰ ἐπιφαινόμενα πρῶτα ὥρουσεν ἄνω

prorrhet. II, 3 (IX, 10, 18) ὑπὸ σημείου μὲν γὰρ οὐδενὸς βλάπτεται τὰ ὑπονοήματα οὔτε καλοῦ οὔτε κακοῦ, ᾧ χρὴ πιστεύσαντα εἰδέναι εἴτε ὀρθῶς ἀπήγγελται, εἴτ' οὔ

de vict. rat. I, 2 (VI, 468, 13) . . . μετὰ δὲ ταῦτα σίτων καὶ ποτῶν ἁπάντων, οἷσι διαιτώμεθα . . .

de nat. pueri 29 (VII, 530, 12) . . . καὶ ἑκάστης ἡμέρης ἀπὸ τῆς δευτέρης ἀρξάμενος μέχρι τῆς ὑστάτης, ᾗ ἐκλέψει τὸ ᾠόν . . .

de morb. mul. I, 74 (VIII, 154, 12) προστιθέναι δὲ ταῦτα πρὸ ἡμερέων, ᾗσι μέλλει ἐπέρχεσθαι.

3. Nominativus integer remansit in enuntiatis relativis, quae sequuntur.

Nominativum, qui casus regit, non regitur, saepius integrum mansisse quam assimilationi obnoxium factum esse consentaneum est; „nam maior est vis eius, quod agit, quam quod agitur“[2]). Quae cum ita sint, etiam in libris Hippocraticis nominativum multo saepius se defendisse quam assimilatione commutatum esse non mirabimur.

a) De enuntiatis substantivi generis.

α) Nominativus non abit in genetivum.

praecept. 9 (IX, 264, 10) ἡγεύμεθα γὰρ ἃ χρὴ ἐς τὴν ὑγιείην, καὶ προστασσόμενός γε οὐ διαμαρτήσει.

de fract. 9 (III, 450, 5) ὑγιᾶ δὲ γίνεται ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσι πάντα τελέως, πλὴν ὁκόσα κοινωνεῖ τοῖσι τῆς κνήμης ὀστέοισι κατ' αὐτὴν τὴν ἴξιν.

1) Cf. Roesler, p. 6. 2) Foerster, p. 39.

β) Nominativus neutrius generis non abit in dativum.

Enuntiata, quae huc pertinent, e verbis pendent.

de vict. rat. I, 32 (VI, 508, 20) Διαιτῆσθαι δὲ ξυμφέρει τοῖσι τοιούτοισιν ὁκόσα θερμαίνει καὶ ξηραίνει καὶ πόνοισι καὶ σιτίοισι . . . Locus similis exstat ibid. p. 510, 6.

de morb. mul. I, 18 (VIII, 58, 8) . . . μαλθακοῖσιν ἰῆσθαι καὶ ὅ τι μὴ δήξεται. Locum similem cernis de morb. mul. II c. 184 (VIII, 366, 4).

de ulcer. 1 (VI, 400, 7) . . . καὶ ὕδωρ ξυμφέρει πᾶσι τοῖσιν ἕλκεσι, μᾶλλον δὲ τοῖσι νεοτρώτοισι τῶν παλαιοτέρων, καὶ ὅ τι ἄλλο φλεγμαίνει ἕλκος ἢ μέλλει, καὶ ὅ τι σφακελίσαι κίνδυνος . . .

b) Enuntiata attributivi generis leguntur haec:

α) nominativus non in genetivum traductus est.

de nat. pueri 12 (VII, 486, 13) Τοῦτο δὲ γίνεται καὶ ἐπὶ τῶν ξύλων καὶ ἐπὶ τῶν φύλλων καὶ βρωτῶν καὶ ποτῶν, ὁκόσα θερμαίνεται ἰσχυρῶς.

de fract. 31 (III, 528, 16) Ὁπόσα γὰρ ἀνθρώποις ἄρμενα μεμηχάνηται, πάντων ἰσχυρότατά ἐστι τρία ταῦτα . . .

de morb. mul. II c. 192 (VIII, 372, 11) Ῥόου καὶ πάσης νούσου ποτόν, ὅσαι ἀπὸ τῶν ὑστερέων γίνονται.

de morb. mul. I, 17 (VIII, 56, 3) Καὶ ὅσαι μὲν διὰ τὴν τῶν στομάτων αἰτίην διακωλύονται μὴ ἴσχειν ἐν γαστρί, τούτων . . .

de fract. 31 (III, 526, 4) . . . ἐπὶ τοῖσι πλείστοισι τῶν τρωμάτων τίκτει τὰς παλιγκοτήσιας, καὶ ὅσα ἐς φλεγμονὴν καὶ ἀκαθαρσίην ὁρμᾷ καὶ ὅσα ἂν ἐς πυρετοὺς ἴῃ.

de ulcer. 10 (VI, 406, 19) . . . τῶν ἄλλων καθισταμένων, ὅσα ἅμα ἤρξατο φλεγμαίνειν καὶ οἰδίσκεσθαι . . . Loci similes leguntur prorrhet. II, 13 (IX, 36, 10) et de nat. pueri 26 (VII, 526, 14).

de mul. ster. c. 240 (VIII, 454, 3) Καὶ ἥτις ἂν μὴ δύνηται διατελεῖν τοὺς δέκα μῆνας κύουσα, ἀλλὰ διαφθείρῃ καὶ τοῦτο πάσχῃ πλεονάκις, ταύτης τὰς μήτρας καθαίρειν . . .

de nat. pueri 22 (VII, 514, 20) . . . μεθίησι τῆς δυνάμιος ἐς τὸ κάτω, ᾗ ἐν αὐτῷ ὑπολείπεται διὰ τὴν βαρύτητα.

de loc. in hom. 42 (VI, 336, 4) ᾧ δὲ διὰ τοῦτο παύειν, ὅτι κάτω ποιήσει αὐτῷ ἐλθεῖν ἐξ ἐκείνου, ὃ ἐνεὸν ἔμετον ποιέει.

de morb. mul. I, 81 (VIII, 202, 15) Ἢ κόκκους ἐκλέψαντα ὅσον τρεῖς ἰνδικοῦ φαρμάκου, τοῦ τῶν ὀφθαλμῶν, ὃ καλέεται πέπερι . . . Locus similis exstat de nat. mul. 32 (VII, 364, 2).

de morb. mul. I, 25 (VIII, 68, 3) . . . ῥαγέντων τῶν ὑμένων, οἳ αὐτὸ περιέχουσιν.

de gland. 2 (VIII, 556, 13) . . . διὰ τῶν φλεβῶν, αἳ δι' αὐτῶν τέτανται πολλαὶ καὶ κοῖλαι . . .

de vet. med. 1 (I, 572, 5) . . . περὶ τῶν μετεώρων ἢ τῶν ὑπὸ γῆν, ἃ εἴ τις λέγοι καὶ γινώσκοι ὡς ἔχει, οὔτ' ἂν αὐτῷ τῷ λέγοντι οὔτε τοῖς ἀκούουσι δῆλα ἂν εἴη, εἴτε ἀληθέα ἐστὶν εἴτε μή.

de art. 86 (IV, 324, 8) . . . ἢ νεύρων ἀπολυθέντων, ἃ κοινωνεῖ τούτων . . . Locus similis legitur vect. 30 (IV, 372, 9).

de morb. mul. II c. 133 (VIII, 290, 19) Ἢν δὲ τῶν δαιδίων, ἃ δὴ προσέκειτο, μηδὲν προσδέχηται . . .

Hoc loco Littreum e codice θ pro ὧν προσκεῖται in verborum ordinem recte ἃ δὴ προσέκειτο recepisse puto; nam si textum vulgarem sequeris, assimilatio statuenda est, quae toto corpore Hippocratico nullam similem habet: assimilatur nominativus pronominis relativi in nullis aliis enuntiatis nisi in iis, quae formularum funguntur partibus, et semper praedicatum est verbum passivum.

de morb. II, 4 (VII, 12, 6) . . . ὑπερεμέουσι δὲ ὑπὸ τῶν αὐτῶν, ἃ καὶ ἐν τῷ πρόσθεν εἴρηται.

Velim animadvertas rursus enuntiationem, quamvis valde idonea assimilationi fuerit, eam effugisse. Et supra (p. 11) locos laudavimus, qui cum nostro comparari possunt, sed quibus nobis occurrit assimilatio. Ex quo efficitur scriptorem minime propensum fuisse ad omnia, quae assimilari poterant, enuntiata relativa assimilanda.

β) Nominativus neutrius generis non in dativum conversus est.

de morb. mul. I, 11 (VIII, 44, 19) μαλάσσειν δὲ τὴν κάτω κοιλίην φαρμάκοισι πάμπαν κούφοισιν, ὁκόσα ἥκιστα χολὴν ἄγει . . . Loci similes exstant de fract. 7 (III, 440, 14) et de mul. ster. c. 213 (VIII, 412, 24).

de morb. mul. I, 13 (VIII, 50, 17) . . . καὶ καθαίρειν προσθέτοισιν, ὅσα λεπτύνει τὰς ὑστέρας καὶ ἐς ἰθὺ καθίστησι. Loci similes cernuntur de loc. in hom. 47 (VI, 346, 4; 19).

de mul. ster. c. 217 (VIII, 420, 3) βάπτειν δὲ καὶ τὴν μήλην ἐν τῷ μαλθακτηρίῳ διειμένῳ, ὅ τι δοκέει ξυνοίσειν . . . Loci

similes inveniuntur de art. 40 (IV, 176, 1); de ulcer. 10 (VI, 408, 13); de superfoet. 29 (VIII, 496, 9); de visu 9 (IX, 160, 10).

de loc. in hom. 34 (VI, 326, 19) . . . ἀσθενέσι τοῖσι φαρμάκοισιν εὐτρεπίζειν, ἅσσα αὐτοῦ τοῦ νοσήματος περιέσονται καὶ ἀπάξουσιν, ἀσθενέστερον δὲ μηδὲν ποιήσουσι τὸν ἀλγέοντα. Locus similis occurrit de morb. mul. II c. 116 (VIII, 252, 12).

de art. 30 (IV, 140, 6) . . . ὑπεζύγωται πρὸς τῷ ὑπὸ τὸ οὖς ὀστέῳ προσπεφυκότι, ὅπερ ἀποκλείει τὰς κεφαλὰς τῆς κάτω γνάθου, τῆς μὲν ἀνωτέρω ἐόν, τῆς δὲ κατωτέρω τῶν κεφαλέων.

de nat. mul. 16 (VII, 336, 7) . . . καθῆραι τὰς ὑστέρας φαρμάκῳ, ὃ μὴ δήξεται . . . Locus similis exstat vect. 2 (IV, 346, 2).

de morb. mul. II c. 183 (VIII, 364, 20) Ἄριστον γοῦν ἐκκαθαίρειν τό τε πᾶν σῶμα καὶ αὐτὰς προσθέτοισιν, ἃ χολὴν ἄγει. Locus similis exstat de art. 7 (IV, 94, 1).

Restat ut usum assimilationis pronominis relativi Herodoteum cum Hippocratico comparemus omnibus exemplis prolatis, quae in hoc corpore exstant. Inveniuntur in universum 49 enuntiata relativa attracta eaque 19 generis substantivi, 30 attributivi. Etiam apud Herodotum numerus enuntiatorum attractorum, quae attributi vices gerunt, maior est (25) quam eorum, quae substantivi generis sunt (13). Ut fieri solet, et in libris Hippocraticis et apud Herodotum saepissime neutrum genus pronominis assimilatum est (38^{ies} in corpore Hippocratico, 26^{ies} apud Herodotum), rarius femininum (7^{ies}; 7^{ies}) et masculinum (quater, 5^{ies}). In corpore Hippocratico leguntur 10 enuntiata relativa attracta, quorum verbum finitum coniunctivo utitur, et unum, cuius praedicatum in optativo positum est, quos modos apud Herodotum in enuntiatis attractis non invenis. In his enuntiatis Herodotus verbis utitur, quae „in hunc orbem redigi possunt: habendi, sciendi, dicendi, faciendi“ [1]). Eadem in libris quoque Hippocraticis saepe in enuntiationibus relativis leguntur, quarum pronomen assimilatione commutatum est.

Quae scripta ab Hippocrate ipso acceperint originem, viri docti inter se dissentiunt. Sed nodum nuper a Mewaldtio [2]) ex-

[1]) Bohlmann p. 7.

[2]) „Galenos über echte und unechte Hippocratica“ in Herm. tom. XLIV, 111 sqq.

peditum esse puto, cum Galenum librum composuisse ostenderit, qui fuit „περὶ τῶν γνησίων τε καὶ νόθων Ἱπποκράτους συγγραμμάτων“. Qua ex huius viri docti commentatione Hippocratem his tribus locis assimilationem pronominis relativi adhibuisse efficitur: de fract. 24; de vict. ac. 7; de artic. 42. Quae cum ita sint, Roeslero assentior dicenti[1]): „in iis scriptis, quae ad auctoritatem Hippocratis ipsius redeunt, nullum fere exstat exemplum, paene omnia aetati posteriori attribuenda sunt“[2]).

Usu Hippocratico cognito agamus de usu alterius medici, qui Ionice scripsit.

§ 2. De assimilationis apud Aretaeum Cappadocem usu.

Aretaeus floruit saeculo altero p. Chr. n. descendente et fuit aequalis Galeni[3]). Composuit dialecto Ionica, ut Hippocratem imitaretur, complura scripta, quae mutilata ad nos venerunt[4]).

---

1) L. l. p. 18.

2) Cum, ut supra dixi, de vetustissimo assimilationis genere uberius atque fusius disputare supersedeam, hoc loco exempla afferam, quae in corpore Hippocratico exstant.

I. Assimilatio vetustissima admissa est.

Exstant multa exempla; e. g. cernitur in assimilatione pronomen
ὁπηλικοσδηποτοῦν de superfoet. 27 (VIII, 490, 15).
ὁκόσος de morb. mul. I, 1 (VIII, 14, 3).
ὅσος de artic. 11 (IV, 108, 9); de morb. mul. I, 45 (VIII, 104, 11); ibid. I, 75 (VIII, 166, 1); I, 78 (VIII, 176, 21); de morb. mul. II c. 127 (VIII, 272, 18).
ὅστις de artic. 11 (IV, 108, 13); 14 (IV, 120, 18); de morb. IV c. 35 (VII, 548, 22).

II. Assimilatio vetustissima omissa est.

Non assimilatum est pronomen
ὁκόσος de medic. 10 (IX, 216, 4).
ὅσος de off. med. 25 (III, 334, 2); de fistul. 1 (VI, 448, 8); de nat. pueri 23 (VII, 516, 23); de medic. 5 (IX, 210, 7).
ὁκοῖος de vict. rat. I, 36 (VI, 524, 4).
ὅστις de artic. 47 (IV, 206, 6); 78 (IV, 312, 11); de nat. pueri 9 (VII, 482, 16); de morb. IV c. 35 (VII, 548, 13 bis; 548, 24); IV c. 36 (VII, 550, 19: 552, 11); c. 38 (VII, 554, 17; 24); c. 42 (VII, 564, 10); de morb. mul. I, 13 (VIII, 50, 18); I, 70 (VIII, 148, 16); I, 77 (VIII, 172, 2).

3) Cf. Pauly-Wissowa II, 669 s. v.

4) Aretaei Cappadocis quae supersunt rec. et illustravit Fr. Z. Ermerins, Traiecti ad Rhenum 1847.

Quo genere dicendi usus sit, paucis verbis exponamus. Brevitati imprimis in libris de morbis curandis quam maxime studet. Saepe participio utitur, ut effugiat secundariam sententiam. Enuntiata relativa, quorum pronomen in obliquo casu positum est, pro rata parte raro inveniuntur; maior est numerus eorum, quae pronomen in nominativo habent. In tali loquendi usu assimilationem pronominis relativi radices non alte agere potuisse consentaneum est.

Ut rem ipsam aggrediamur, consideremus locos, quibus

I. assimilatio vulgaris admissa est.

Nullus alius casus nisi accusativus assimilatur. Exstant duo exempla, quae generis substantivi sunt.

a) Exemplum accusativi pronominis relativi in genetivum conversi

de caus. et sign. diut. morb. II, 6 (127, 7) Μέγα δὲ ἐς πίστιν ὧν λέγω ἡ ξυνάφεια τῆς καρδίης. ἔνθα πάντων ἡ ἀρχή.

Enuntiatio relativa e substantivo πίστιν pendet et amplectitur obiectum praedicatumque, verbum dicendi, in indicativo positum. Pronomen est neutrius generis plur. Quae cum ita sint et substantivum πίστιν explicatione indigeat, quin adhiberetur assimilatio fieri non potuit.

b) Exemplum accusativi in dativum mutati

de cur. ac. morb. I, 2 (169, 10) νουθεσίῃ ὀργίλῃ· δεῖμα ἐφ' οἷσι δειμαίνει.

Quo loco pronomen, quod est neutrius generis plur., facile in dativum abire potuit, cum enuntiatio relativa nihil aliud contineat nisi obiectum et praedicatum in indicativo positum. Hoc enuntiatum relativum e praepositione pendere addendum est.

II. Assimilatio vulgaris omissa est.

1. Accusativus integer remansit.

Omnia, quae huc pertinent, exempla sunt generis attributivi; semper assimilatio genetivi omissa est.

de cur. ac. morb. I, 2 (169, 11) προσαγγελίῃ τῶν ὁκόσα ἐπόθεε καὶ προσεδόκεε.

Qui locus scriptorem ad assimilationem non inclinasse docet.

de caus. et sign. diut. morb. II, 13 (150, 12) Ἐκίκλησκον δὲ καὶ λέοντα τὸ πάθος τοῦ ἐπισκυνίου τῆς ὁμοιότητος εἵνεκεν, ἣν ὕστερον φράσω.

Enuntiatio relativa ad vocem, ad quam refertur, intellegendam non necessaria est. Praeterea femininum genus pronominis relativi assimilationi paululum restitit. Gravissimum autem est, quod praedicatum enuntiationis relativae futurum habet; nam eiusmodi enuntiata raro attrahuntur.

de cur. ac. morb. I, 2 (171, 1) ἀμφοῖν γὰρ αἱ αἰσθήσιες πλέαι γίγνονται ἀτμῶν, ἃς ἀπελαύνειν χρὴ ψύξι καὶ στύψι ῥοδίνῳ καὶ κισσοῦ χυλῷ, ἢ ἐξατμίζειν ἐς διαπνοὴν τοῖσι λεπτύνοισι, οἷον ἑρπύλλῳ ἐν ὄξεϊ σὺν τῷ ῥοδίνῳ.

2. Dativus non assimilatur.

Leguntur duo enuntiata relativa, quorum pronomen ad genetivum spectans integrum remansit. Sed cum utrumque enuntiatum natura et indole ad assimilandum pronomen idoneum non sit, locos eorum indicasse satis habeo: de caus. et sign. morb. ac. II, 1 (24, 5) et II, 3 (34, 13).

3. Nominativus remansit in enuntiatis sequentibus.

a) Generis substantivi sunt haec:

de cur. ac. morb. II, 3 (211, 3) Ἐκ τῶνδε ὧν τεκμαιρόμενος ἠδ' ὁκόσα μοι ἐν τοῖσι σημηΐουσι λέλεκται, αὐτίκ' ἐξ ἀρχῆς ἀρήγειν.

de cur. diut. morb. II, 3 (266, 10) Ἀμφὶ μὲν φλεγμασίης καὶ αἱμοῤῥαγίης καὶ ὁκόσα ὀξέως ἀπὸ νεφρῶν κτείνει, ἐν τοῖσι ὀξέσι γέγραπται.

b) Enuntiata generis attributivi leguntur haec:

α) Nominativus non in genetivum conversus est.

de caus. et sign. morb. ac. II, 1 (25, 10) κοιλίης ἐκτάραξις πολλῶν χολωδέων, ἐπάφρων, οἷα δοκέειν ἀπὸ πνεύματος εἰς τὴν νειαίρην γαστέρα ἐξεῶσθαι . . .

de caus. et sign. morb. ac. I, 5 (4, 1) μετεξετέροισι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ποῤῥωτέρω τῆς κεφαλῆς νεύρων, ὁκόσα ξυμπαθέα τῇ ἀρχῇ γίγνεται, ἐς κεφαλὴν τουτέων ἡ ὁρμὴ ἧκε. Loci similes exstant de caus. et sign. diut. morb. II, 2 (116, 2); de cur. ac. morb. I, 6 (185, 18).

de cur. ac. morb. I, 6 (185, 3) τέγξι θερμαινόντων, ἅσσα μοι λέλεκται, καὶ πυρίῃ καὶ ἐπιπλάσμασι φαρμάκοισί τε ὁκόσα ῥηϊδίως θερμαίνει τε καὶ πολλὸν τεύξει πῦον.

ibid. II, 6 (223, 14) ὑπεξάγει γὰρ διὰ τῶν ὀχετῶν, οἵπερ ἀπὸ ἥπατος ἐς νεφροὺς κραίνουσι.

de cur. diut. morb. II, 13 (275, 8) . . . τῶν Κελτῶν, οἳ νῦν καλέονται Γάλλοι . . .

Qua in enuntiatione pronomen relativum propterea assimilari nequit, cum ad nomen proprium spectet.

de cur. ac. morb. II, 7 (224, 4) Τὴν τῆς κοίλης φλεβὸς φλεγμασίην καὶ παχείης ἀρτηρίης, αἳ παρὰ τὴν ῥάχιν τέτανται . . .

β) Nominativus neutrius generis pronominis relativi non in dativum abiit.

de cur. ac. morb. II, 6 (223, 20) Ἢν δὲ ἐς ἐμπύησιν τρέπηται, τοῖς πυοποιοῖσι χρέεσθαι, ὁκόσα μοι ἐπὶ κωλικοῖσι λελέξεται. Locus similis exstat de cur. diut. morb. I, 14 (262, 3).

de cur. ac. morb. II, 11 (234, 6) . . . καὶ τοῖσι ἄλλοισι, ὅσα νάρκην καὶ ψύξιας ἐμποιέει.

ibid. praef. l. I (159, 1) Ὀξέων νούσων ἄκεα ξυναφέα τῇσι σημηΐων ἰδέῃσι, ἀμφὶ ὧν τοῖσι ξυγγράμμασι, ἅσσα μοι πρόσθεν γεγράφαται.

Quibus expositis Aretaeum a vulgari assimilationis pronominis relativi genere abhorrere apparet, cum non plus quam duo exempla in scriptis eius, quae supersunt, inveniantur, et enuntiationes relativae occurrant, quae, quamquam attrahi potuerunt, tamen assimilationem effugerunt[1]).

---

[1]) Apud Aretaeum Cappodocem legis

I. haec exempla assimilationis vetustissimae admissae:

Assimilatum est pronomen

ὁποιοσῶν de caus. et sign. diut. morb. I, 5 (p. 68, 16).

ὁκοῖος de caus. et sign. diut. morb. I, 13 (94, 15); de cur. ac. morb. I, 1 (161, 24).

ὁκόσος de caus. et sign. diut. morb. II, 13 (149, 3); de cur. ac. morb. I, 1 (164, 15).

οἷος de cur. ac. morb. II, 10 (232, 9).

II. Omissa est locis sequentibus.

Restitit assimilationi pronomen

ὁκοῖος de caus. et sign. morb. ac. II, 1 (23, 11); II, 6 (41, 4); de cur. ac. morb. II, 10 (231, 12).

ὁκόσος de caus. et sign. morb. ac. II, 10 (51, 5); de caus. et sign. diut. morb. I, 6 (71, 10); I, 15 (101, 14); II, 1 (111, 15); II, 9 (133, 2); de cur. ac. morb. I, 7 (186, 16); de cur. diut. morb. I, 3 (246, 4; 247, 17).

ὅστις de caus. et sign. morb. ac. II, 3 (35, 15); de cur. ac. morb. II, 3 (214, 16); de cur. diut. morb. I, 4 (249, 12).

§ 3. De assimilationis usu, qualis sit in Arriani Historia Indica.

Operibus medicorum, qui Ionice scripserunt, tractatis vertamus nos ad Arriani Historiam Indicam[1]), quam, ut Herodotum imitaretur, dialecto Ionica composuit.

Agedum proferamus exempla assimilationis vulgaris,

I. quae in nullo casu nisi in accusativo admissa est.

a) De enuntiatis relativis substantivi generis.

α) Accusativus genetivi formam induit.

XI, 2 (13, 31) . . . οὔτε τι ἀποφέρειν ἀπ' ὅτων πονέουσιν ἐς τὸ κοινόν.

Enuntiatum relativum, quod e praepositione pendet, nihil nisi obiectum et praedicatum in indicativo positum amplectitur. Obiectum est accusativus neutrius generis plur. pronominis relativi amplificati ὅστις in genetivum traductus. Assimilatio, cum omnia adsint, quae ei favent, adhiberi debuit.

β) Accusativus induit formam dativi

XIX, 5 (25, 1) ἤδη γὰρ καὶ δώδεκα μυριάδες αὐτῷ μάχιμοι εἵποντο σὺν οἷσιν ἀπὸ θαλάσσης τε αὐτὸς ἀνήγαγε καὶ αὖθις οἱ ἐπὶ συλλογῇ αὐτῷ στρατιῆς πεμφθέντες ἧκον ἔχοντες, παντοῖα ἔθνεα βαρβαρικὰ ἅμα οἱ ἄγοντι καὶ πᾶσαν ἰδέην ὡπλισμένα.

Quem locum si cum enuntiato relativo modo allato eoque comparaverimus, quod sequitur, assimilationem pronominis relativi liberrime adhibitam esse dicemus, cum pronomen relativum sit masculini generis et enuntiatum subiectum praedicatumque duplicata habeat et attributis auctum sit. Obiectum enuntiati relativi pendet e verbo ἀνήγαγε et e participio ἔχοντες. Ad pronomen ex accusativo in dativum traducendum maximam vim habuit praepositio σύν. Dubitari non potest quin scriptor prius ἀνήγαγε ultimam huius enuntiati vocem esse voluerit, sed mox alterum enuntiatum addendum ratus assimilationem intactam reliquerit.

b) Enuntiatum attributi vices gerens exstat:

VII, 3 (9, 4) . . . ἀλλ' ἀμπίσχεσθαι μὲν δορὰς θηρίων ὅσων κατακάνοιεν . . .

Quamquam praedicatum enuntiati relativi optativo utitur, tamen pronomen relativum facile assimilatione converti potuit, cum

[1]) Arriani Nicomediensis scripta minora rec. R. Hercher, iterum recognovit A. Eberhard Lipsiae 1885.

sit generis neutrius plur. et vocem, ad quam spectat, ipsam subsequatur. Accedit quod enuntiatum relativum nihil aliud continet, nisi obiectum et praedicatum. Ex tribus enuntiationibus relativis attractis duas a pronomine amplificato incipere monendum est.

II. Assimilatio vulgaris omissa est.

1. Accusativus assimilationi restitit.

Omnia quae huc pertinent enuntiata relativa sunt generis attributivi.

α) Accusativus non transit in genetivum.

IX, 11 (12, 21) ἀλλὰ Ἀλέξανδρον γὰρ ἐλθεῖν τε καὶ κρατῆσαι πάντων τοῖσιν ὅπλοισιν, ὅσους γε δὴ ἐπῆλθε.

Enuntiatio relativa, cum ad vocem πάντων intellegendam haud necessaria sit, assimilationem effugit.

VII, 4 (9, 9) σιτέεσθαι δὲ καὶ τῶν θηρίων ὅσα ἕλοιεν ὠμοφαγέοντας, πρίν γε δὴ Διονύσιον ἐλθεῖν ἐς τὴν χώρην τῶν Ἰνδῶν.

Quam enuntiationem relativam comparans cum simillima, quae supra p. 24 legitur VII, 3, attractam non esse mireris. Sed hoc loco notio, ad quam pertinet enuntiatio relativa, cum articulo coniuncta est, quem deesse videmus in enuntiato, quod exstat VII, 3: articulo notionis, ad quam refertur enuntiatum relativum, posito assimilatio pronominis relativi omitti potest.

VIII, 8 (10, 24) . . . καινὸν εἶδος ἐξευρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμου γυναικηίου, ὅντινα καὶ ἐς τοῦτο ἔτι οἵ τε ἐξ Ἰνδῶν τῆς χώρης τὰ ἀγώγιμα παρ' ἡμέας ἀγινέοντες σπουδῇ ὠνεόμενοι ἐκκομίζουσι καὶ Ἑλλήνων δὲ πάλαι καὶ Ῥωμαίων νῦν ὅσοι πολυκτέανοι καὶ εὐδαίμονες μέζονι ἔτι σπουδῇ ὠνέονται τὸν μαργαρίτην δὴ τὸν θαλάσσιον οὕτω τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλεόμενον.

Enuntiatum relativum tot attributis exaggeratum vix attrahi potuit.

XXXII, 8 (41, 26) . . . καὶ τῆς ἄκρης, ἥντινα καταντικρὺ ἀπεώρων ἀνέχουσαν ἐς τὸ πέλαγος . . . Locus similis legitur XLIII, 6 (54, 13).

Qui loci Arrianum assimilationem non adhibuisse docent, si una cum pronomine etiam accusativum praedicativum in alium casum abire necesse erat.

XIX, 9 (25, 16) ὁ δὲ λόγος ὅδε τοῦ παραπλόου μοι ἀπήγησίς ἐστιν, ὃν Νέαρχος σὺν τῷ στόλῳ παρέπλωσεν ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ

τῶν ἐκβολέων ὁρμηθεὶς κατὰ τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικόν, ἣν δὲ Ἐρυθρὴν θάλασσαν μετεξέτεροι καλέουσι.

Pronomen relativum est masculini generis sing. et enuntiatum relativum compluribus attributis auctum est. Accedit quod figura etymologica in enuntiatione relativa apparet, quae saepius assimilationi restitit.

β) Accusativus non mutatur in dativum.

XXVII, 9 (35, 21) . . . τῇ καλάμῃ τεκμηριοῦσθαι, ἥντινα οὐ πόρρω τοῦ αἰγιαλοῦ ἀπεώρων βαθέαν. sim. XXVIII, 9 (36, 27).

Cum pronomen relativum sit feminini generis simulque adiectivum βαθέαν in dativum converti necesse sit, assimilatio non adhibita est.

XLII, 9 (53, 22) . . . Λεόννατος δὲ ἐπὶ τῇ νίκῃ, ἣν Ὠρείτας τε ἐνίκησε καὶ τοὺς Ὠρείτῃσι προσοικέοντας βαρβάρους.

Velim animadvertas pronomen relativum feminini generis sing. in hoc enuntiato relativo ponderis haud experti, in quo figura etymologica cernitur, assimilationem effugisse.

2. Dativi integri exemplum.

XLI, 1 (51, 29) . . . ὁρμίζονται ἐπὶ στόματι λίμνης ἰχθυώδεος, ᾗ οὔνομα Κατάδερβος.

In enuntiatis huius indolis assimilatio nunquam adhibita est.

3. Nominativus non assimilatus est in his enuntiatis relativis attributivi generis:

I, 4 (1, 10) τυχὸν μὲν Ἑλλήνων, ὅσοι ἀπόμαχοι αὐτῶν ἐγένοντο ἐν τοῖσι πολέμοισιν, οὕστινας πρὸς Ἰνδοὺς Διόνυσος ἐπολέμησε . . .

Enuntiatum relativum alterum continet pronomen relativum amplius, quod in dativum non abiit. Rursus Arrianum in figura etymologica pronomen relativum non assimilasse statuendum est.

Reliquarum enuntiationum relativarum, quae huc pertinent, sufficit locos adscripsisse. V, 2 (6, 1); XXI, 8 (28, 3); XXXI, 1 (39, 32); XXXIX, 9 (50, 17).

Quibus rebus expositis nullum alium casum nisi accusativum ab Arriano in Historia Indica assimilatum esse evictum est. Tribus locis pronomen relativum in hoc casu positum, qui decies integer remansit, conversum est atque id bis in genetivum, semel in dativum. Duobus locis pronomen est neutrius generis (ὅτων; ὅσων), uno loco masculini (οἷσιν). Unum enuntiatum relativum attractum

attributi vices gerit; duae enuntiationes sunt substantivi generis. Praedicatum bis indicativum habet, semel optativum.

Restat ut usum assimilationis Arrianeae breviter cum usu Herodoteo comparemus. Pro rata parte Herodotus, qui etiam nominativum semel in genetivum traduxit, saepius assimilationem adhibuit quam Arrianus. Pronomen relativum feminini generis, quod Herodotus septies assimilavit, in Historia Indica utique assimilationem effugit. Etiam in figura etymologica, quae apud Arrianum semper impedivit, quominus pronomen convertatur, Herodotus assimilationem admisit (IV, 78). Quae cum ita sint, usus assimilationis pronominis relativi apud Herodotum, quamquam in opere eius non occurrit enuntiatum relativum attractum, cuius praedicatum optativo utitur, neque attrahuntur enuntiationes relativae tanti ponderis quanti est enuntiatum relativum, quod legitur Hist. Ind. XIX, 5, tamen latior est quam apud Arrianum[1]).

§ 4. De Luciani assimilationis usu.

Etiam Lucianus Samosatensis lingua Ionica usus est in opusculo componendo, quod inscribitur „περὶ τῆς Συρίης θεοῦ“[2]); et quamquam libellum Ionice conscriptum, qui est „περὶ τῆς ἀστρολογίης“[3]), non a Luciano accepisse originem inter omnes hodie constat, tamen, ne quid praetermittatur, hoc tractetur loco.

Primum agatur de opusculo priore.

[1]) In Arriani Historia Indica

I. assimilatio vetustissima admissa est locis hisce:

Assimilatione mutatum est pronomen

ἡλίκος XV, 1 (19, 18).

οἷός περ XVI, 11 (22, 9).

οἷος XVI, 4 (21, 9); XVI, 10 (21, 32).

ὅσος XXIV, 9 (32, 9); XXX, 9 (39, 26).

ὅστις VIII, 8 (10, 23); XV, 12 (20, 29); XX, 11 (27, 2).

II. Loci, quibus assimilatio vetustissima omissa est.

Effugit assimilationem pronomen

οἷος XXVI, 9 (34, 9).

ὅσος X, 2 (12, 32); XI, 9 (14, 27); XII, 6 (16, 4); XIII, 5 (17, 1); XIV, 1 (18, 12); XV, 11 (20, 19; 22); XVII, 4 (22, 27); XVIII, 11 (24, 12); XX, 10 (26, 32); XXIV, 5 (31, 19); XXX, 11 (42, 6); XXXVI, 3 (46, 8); XL, 3 (50, 30).

[2]) Ed. C. Iacobitz Lipsiae 1853 tom. III, 341 sqq.

[3]) Ed. I. Sommerbrodt Berolini 1893 tom. II, 166 sqq.

I. De assimilatione vulgari admissa.

Nullus alius casus nisi accusativus assimilatione commutatur.

a) Generis substantivi hoc enuntiatum est:

c. 10 p. 344, 16 ναὶ μὴν καὶ ὄλβου πέρι ἐν τοῖσιν ἐγὼ οἶδα πρῶτόν ἐστι.

Pronomen relativum e praepositione pendet, est neutrius generis plur., praedicatum, verbum sentiendi, in indicativo positum est. Pronomen ex accusativo in dativum transire debuit.

b) De enuntiatis attributivi generis.

c. 33 p. 357, 8 ἀποδημέει δὲ δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐς θάλασσαν ἐς κομιδὴν τοῦ εἶπον ὕδατος.

c. 29 p. 355, 6 . . . μίμνει τε χρόνον τῶν εἶπον ἡμερέων.

In utraque enuntiatione relativa pronomen assimilari debebat, cum positio enuntiationis relativae ad assimilandum pronomen magis idonea cogitari nequeat neque enuntiatum relativum aliud complectatur nisi obiectum et praedicatum, quod indicativo utitur et verbum dicendi est.

c. 2 p. 341, 25 Πρῶτοι μὲν ὦν ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν . . .

In hoc enuntiato relativo Lucianum imitatum esse Herodotum, qui saepe iisdem verbis formulae instar utitur, quis est, qui non intellegat?

c. 49 p. 360, 30 Ὁρτέων δὲ πασέων τῶν οἶδα μεγίστην τοῦ εἴαρος ἀρχομένου ἐπιτελέουσι . . .

Pronomen relativum, quod assimilationi succubuit, est feminini generis. Sed cum enuntiatum relativum tam parvi ponderis sit, assimilatio adhiberi debuit.

c. 1 p. 341, 22 . . . καὶ τῶν ἀπηγέομαι τὰ μὲν αὐτοψίῃ ἔμαθον, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἱρέων ἐδάην . . .

Rursus monendum est assimilationem huiusmodi enuntiationis relativae necessariam fuisse.

II. De assimilatione vulgari omissa.

1. De accusativo integro. Omnia enuntiata sunt attributivi generis.

a) Accusativus non in genetivum conversus est.

c. 27 p. 354, 3 . . . μεμνήσομαι τομῆς τε αὐτέων, ὅκως τάμνονται, καὶ ταφῆς, ὁκοίην θάπτονται . . .

Pronomen relativum amplius, quod est feminini generis sing., et figura etymologica impediverunt, quominus enuntiatum relativum assimilationi succumberet.

c. 3 p. 342, 8 . . . οὐ τούτου τοῦ Ἡρακλέος, τὸν Ἕλληνες ἀείδουσιν . . .

Pronomen relativum, cum ad nomen proprium spectet, assimilari non potest.

c. 19 p. 349, 21 . . . καὶ πάμπαν ἐπαινέω σοφίης τε καὶ εὐνοίης τῆς ἐς ἡμέας, τὴν δὴ ἐπεδέξαο.

Enuntiatio relativa ad duo nomina refertur, quorum alterum attributo iam definitum est. Accedit quod pronomen relativum generis feminini est.

c. 25 p. 352, 16 . . . ἀλλ' ἐκείνων ἐπιθυμέων, τά οἱ ἀπιὼν παρεθήκατο.

Qua assimilatione omissa Lucianum huic idiomati non ita favere elucet, ut omnia attrahat enuntiata relativa, quae attrahi possunt, id quod etiam demonstrat

b) exemplum accusativi non in dativum mutati

c. 20 p. 350, 9 . . . ἔπειτα σφρηγῖδι τὴν ἐφόρεε σημηνάμενος τὸ τρῶμα ἴητο.

2. Exempla dativi integri non leguntur.

3. De nominativo non assimilato.

Nominativum nunquam assimilationi obnoxium factum esse non mirabimur, cum obliquis casibus melius se defendere possit. Propterea exempla, quae omnia sunt generis attributivi, laudasse satis habeo.

c. 55 p. 362, 26 . . . καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ στέφεται καὶ τῶν ἄλλων, ὁκόσοι τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἀπικνέονται.

Reliqui loci, qui huc pertinent, exstant c. 12 p. 345, 3; c. 15 p. 347, 6; c. 24 p. 352, 3; c. 35 p. 357, 22.

Quibus cognitis vertamus nos ad opusculum pseudepigraphum, quod περὶ τῆς ἀστρολογίης inscribitur.

Assimilatio vulgaris nusquam admissa est.

De assimilatione omissa.

1. Exemplum accusativi integri legitur

c. 4 p. 167, 25 εὗρον δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων τὴν φορήν, τοὺς δὴ πλάνητας ἡμεῖς καλέομεν . . .

Accusativus praedicativus, quem una cum pronomine in genetivum abire necesse erat, et verbum καλεῖν assimilationi restiterunt.

2. Cum locus, qui praebet dativum integrum pronominis relativi, non inveniatur, laudemus enuntiatum relativum, cuius pronomen in nominativo positum assimilationem effugit.

c. 1 p. 166, 27 ... ἀλλὰ μαντείης καὶ ἀληθείης, ἣ δὴ ἐκ τούτων ἐς ἀνθρώπων βίον ἔρχεται.

Haec habes certa exempla assimilationis vulgaris admissae et omissae, quae in his duobus occurrunt libellis. Sex igitur locis in opusculo, quod a Luciano accepit originem, assimilatio adhibita est, nunquam in pseudepigrapho. Semel accusativus pronominis relativi enuntiationis substantivi generis in dativum conversus est, quinquies accusativus pronominis relativi enuntiatorum attributivi generis in genetivum commutatus est. Neutrum genus pronominis tribus locis assimilationi obnoxium factum est, femininum duobus, masculinum uno. Praedicatum semper indicativo utitur et est verbum sentiendi vel dicendi[1]).

§ 5. De assimilationis apud Eusebium, Epistolographos Ionicos, auctorem Vitae Homeri, quae sub Herodoti nomine fertur, usu.

Primum agamus de exemplo assimilationis vulgaris admissae, quod exstat

apud Eusebium (p. 342, 6)[2]) [Οἱ] γὰρ δὴ βάρβαροι ὑπὲρ τοῦ κομίσασθαι τοὺς σφετέρους πολλοὺς τῶν εἶχον λαβόντες ἀπέδωσαν[3]).

Pronomen relativum in hac tam debili enuntiatione relativa, quae substantivi generis est, assimilationi obnoxium factum generis

[1]) Apud Lucianum haec inveniuntur exempla

I. assimilationis vetustissimae admissae:

Assimilatum est pronomen
ὁκοῖος de Syr. dea c. 30 (355, 19).

II. Assimilatio vetustissima omissa est.

Non assimilatum est pronomen
ὁκόσος de Syr. dea c. 1 (341, 17).
ὅστις ibid. c. 16 (347, 21).
In libello pseudepigrapho, qui est περὶ τῆς ἀστρολογίης, haec pronomina integra remanserunt:
οἷος c. 10 (168, 9).
ὅστις c. 12 (169, 18).

[2]) Eusebii *Πολιορκία Θεσσαλονίκης ὑπὸ Σκυθῶν* ed. C. Wescher (Poliorcétique des Grecs Paris 1867).

[3]) Sic cod. et Wescher.

masculini est; sed facile mutari potuit, cum enuntiatum relativum e notione pendeat, quae explicationis indiget. In hoc sermone quin Herodotus multum valuerit non dubito.

Enuntiatum relativum, in quo apparet exemplum assimilationis vulgaris omissae, apud Eusebium non legitur.

Deinceps dicatur de assimilationis apud Epistolographos Ionicos usu.

Utrum assimilatio admissa sit necne dubitari potest in enuntiatione relativa, quae legitur

in Thaletis ep. 1 (740, 5) ... ἐθέλω γενέσθαι λεσχηνευτὴς περὶ ὁτέων γράφεις ....,

sed genetivum ὁτέων a praepositione περὶ pendere statuere malo.

Assimilatio omissa est

in Pythagorae ep. 1 (601, 9) ... ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμοις, οὓς διαφέρουσι εἰς ἀλλήλους Ἰταλιῶται.

Enuntiatio relativa est generis attributivi et amplectitur subiectum, praedicatum, obiectum, attributum; pronomen est masculini generis. Tamen hoc exemplum scriptorem assimilationi pronominis relativi non favere demonstrat.

Reliquum est, ut paucis verbis ostendamus, qualis sit usus assimilationis pronominis relativi in Vita Homeri, quae sub Herodoti nomine fertur et Ionice composita est[1]).

Assimilatio illa vulgaris nusquam occurrit.

Omissa est locis hisce:

1. accusativus non abit in genetivum.

a) Exemplum substantivi generis exstat

c. 32 (lin. 419) ... φάμενοι δώσειν αὐτῷ τοῦ κεράμου καὶ ὅ τι ἂν ἄλλο ἔχωσιν.

b) Sequuntur exempla attributivi generis.

c. 38 (l. 521) ἀπὸ γὰρ τῆς εἰς Ἴλιον στρατηίης, ἣν Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος ἤγειραν ...

Enuntiatio relativa non assimilata est propter femininum genus pronominis et propterea, quod ad notionem spectat, quae nomine proprio definita est[2]). Easdem ob causas non assimilatum est pronomen in enuntiato relativo, quod legitur

[1]) Vitarum scriptores Graeci minores edidit A. Westermann Brunsvigae 1845. Cf. Io. Schmidt „De Herodoti quae fertur vita Homeri“ Halis 1874.

[2]) Cf. Roesler, p. 81.

c. 38 (l. 528) . . . μέχρι τῆς Ξέρξου διαβάσεως, ἣν στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας καὶ ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον διέβη ἐκ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Εὐρώπην.

c. 17 (l. 211) ἀκούσαντες δὲ τῶν ἐπέων τοῦ Ὁμήρου, ἃ πρότερον ἀκηκόεσαν πολλάκις ἐν τῇ Χίῳ Θεστορίδεω . . .

Enuntiatum relativum refertur ad notionem nomine proprio iam definitam; quapropter assimilatio omissa est.

2. **Dativus integer remansit.**

c. 37 (l. 510) ἐν τούτοις ὑπὲρ ὀσφύος οὐδὲν εἴρηται, ᾗ ἐς τὰ ἱερὰ χρέονται.

Quo loco solus cod. A ἧς praebet. Sed dubitari non potest quin cum ceteris codicibus ᾗ scribendum sit; nam genetivum ἧς modum excedere consentaneum est. Duo enuntiata relativa attributiva supra p. 10 e libris Hippocraticis allata, in quibus dativus pronominis relativi feminini generis assimilatus est, diversae sunt indolis.

3. **Nominativus assimilationi restitit in his duobus enuntiatis attributivis:**

c. 13 (l. 148) προθυμουμένου δὲ τοῦ ἀπάγοντος αὐτὸν καὶ ἄλλων, ὅσοι τῶν βουλευτέων ἐν ταῖς λέσχαις ἐπήκοοι ἐγένοντο . . .

c. 36 (l. 492) . . . ἐτάφη ὑπό τε τῶν συμπλόων καὶ τῶν πολιητέων, ὅσοι ἐν διαλογῇ ἐγεγένηντο αὐτῷ[1]).

In titulis Ionicis[2]) assimilationis vulgaris exempla non inveni.

Caput II.

De assimilationis in dialecto Dorica usu.

Assimilationem pronominis relativi in lingua Attica latius quam in ulla alia patuisse constat[3]). Sed eam non plane deesse in dialecto Dorica demonstrabunt tituli, qui sequuntur.

---

[1]) Haec habes exempla assimilationis vetustissimae admissae vel omissae, quae exstant apud Eusebium, Epistolographos Ionicos, in Vita Homeri, quae sub Herodoti nomine fertur: effugit assimilationem pronomen *ὅσος* in Thaletis ep. 1 (740, 10); Vit. Hom. c. 24 (l. 320).

[2]) O. Hoffmann, „Die griechischen Dialekte", Vol. III, 1 sqq. Göttingen 1898.

[3]) Cf. Foerster, l. l. p. 90.

Antequam adeam titulos, vetustissimum assimilationis vulgaris exemplum dialecti Doricae breviter attingam. Saeculo quinto a. Chr. n. exeunte sophista quidam ignotus complures disputationes composuit, in quibus dialecto Dorica[1]) usus est. In his disputationibus, quae διαλέξεις[2]) vocantur, invenitur nullum exemplum assimilationis vulgaris omissae, admissae autem hoc substantivi generis:

dial. 5, 8 (p. 644, 21) εὖ γὰρ καὶ ἐξ ὧν πράσσοντι ἑκάτεροι δᾶλοί ἐντι ὡς ὁμολογησοῦντι.

Ad assimilationem quin multum valuerit genus dicendi philosophorum Ionicorum dubium non est.

Quae nunc proferam exempla assimilationis Foerster mihi utenda tradidit exceptis iis, quae in titulis Delphicis[3]) ipse inveni.

Assimilatio vulgaris admissa est in his enuntiatis, quae attributi vices gerunt:

1. **Accusativus pronominis relativi in genetivum conversus est:**

inscr. Olymp. n. 446, 6[4]) ἀρετᾶς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας ἇς ἔχων διατελεῖ εἰς αὐτάν[5]). Eadem formula Dorica legitur n. 401, 3; 402, 1; 420, 3; 449, 8. Atticae autem linguae sunt n. 317, 1: 319, 2; 325, 5; 367, 3; 399, 3; 423, 2; 549, 3.

inscr. Delphic. n. 2738, 33 (p. 881) ἀρετᾶ]ς ἕνεκεν καὶ εὐσεβείας ἇς ἔχοντι ποτί τε τὸν θεὸν καὶ ποτὶ τὰν [πόλιν τῶν Δελφῶν].

Dubium non est quin formula ex Attica lingua in Doricam transierit.

tab. Heracl.[6]) I, 88 ἀριθμὸς ὅρων τῶν ἐστάσαμες.

inscr. Delphic. n. 2615, 5 (p. 797) ἀπὸ τῶν ῥυσίων πάντων ὧν ἐπεκάλει Φιλ[ιστί]ων ὑπὲρ τὰν πόλιν ἀποτετεῖκεν . . .

inscr. Hierapytn.[7]): ὧν δέ κα ἀποδῶται κατὰ θάλασσαν ἐώσας ἐξαγωγᾶς τῶν ὑπεχθεσίμων ἀποδότω τὰ τέλεα.

---

[1]) Cf. E. Weber, Philol. LVII, 64.

[2]) Ed. Diels, „Fragmente der Vorsokratiker", Berolini 1907² p. 635 sqq.

[3]) H. Collitz, Sammlung griech. Dialektinschriften, Göttingen 1899. Vol. II.

[4]) W. Dittenberger u. K. Purgold, „Die Inschriften von Olympia", Berlin 1896 („Olympia", Textband 5).

[5]) Cum hoc loco comparari potest locus simillimus, quem praebet inscr. Citiensis (Ross, Arch. Aufs. II, 623) *εὐνοίας ἧς ἔχ[ει εἰς τὴν πόλιν τὴν] Κιτιέ[ω]ν.*

[6]) Sammlung griechischer Dialektinschriften von Dr. H. Collitz und Dr. F. Bechtel, Göttingen 1905. Vol. III, 2 p. 88.

[7]) Collitz-Bechtel III, 2 p. 312 n. 5040, 24.

2. Accusativus pronominis relativi in dativum conversus est

inscr. Mantin.[1]) ἐπαινέσαι Νικίππαν ἐφ' ἆι ἔχει φιλανθρωπίαι καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείαι καὶ τᾶι πρὸς τὰν σύνοδον εὐνοίαι. Loci similes, qui in titulis Delphicis occurrunt, leguntur n. 2652, 12 (p. 829); n. 2682, 20 (p. 852); n. 2726, 14 (p. 869); n. 2800, 7 (p. 908). De hac formula idem valet, quod supra p. 33 dixi.

inscr. Delph. n. 2611, 6 (p. 796) ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγώνοις οἷς ά πόλις τίθητι. Eadem formula exstat ibid. n. 2644, 16 (p. 821); 2646 A (p. 825); 2653, 5 (p. 830); 2682, 25 (p. 852); 2683, 7 (p. 853); 2684, 5 (p. 854); 2685, 17 (p. 855); 2686, 5 (p. 856); 2687, 11 (p. 856); 2723, 7 (p. 867); 2724, 8 (p. 868); 2725, 7 (p. 868); 2726, 18 (p. 869); 2727, 12 (p. 871); 2728, 7 (p. 872); 2729, 7 (p. 873); 2737, 15 (p. 879); 2746, 24 (p. 887); 2756, 13 (p. 892); 2809, 2 (p. 911); 2810, 2 (p. 911); 2811, 3 (p. 912); 2812, 3 (p. 912); 2814, 2 (p. 913); 2815, 2 (p. 913); 2818, 7 (p. 914); 2819, 16 (p. 915); 2820, 6 (p. 916); 2821, 7 (p. 916).

inscr. Lind.[2]) ἐν ταῖς παναγύρεσι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν αἷς ἄγοντι Λίνδιοι εὐσεβείας ἕνεκα τᾶς ποτὶ τοὺς θεοὺς καὶ ἀρετᾶς καὶ εὐνοίας καὶ φιλοδοξίας ἆν ἔχων διατελεῖ εἰς τὸ πλῆθος τὸ Λινδίων καὶ εἰς τὸν σύμπαντα δᾶμον.

Enuntiatum relativum prius attractum est, quoniam artissime cohaeret cum notione, ad quam spectat.

Assimilatio omissa est in enuntiatis hisce:

inscr. Delph. n. 2641, 4 (810) ἐπὶ τᾶι εὐνοίαι ἆν ἔχει] ποτὶ τὰμ πόλιν. Loci similes leguntur ibid. n. 2645, 6 (p. 822); 2663, 4 (p. 836); 2677, 15 (p. 848); 2737, 13 (p. 879); 2756, 7 (p. 892).

inscr. Delph. n. 2582, 7 (p. 781) ἐμ πάντεσσι τοῖς ἀγώνεσσι οὓς ά πόλις ἄγει.

ibid. n. 2627, 7 (p. 803) ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγώνοις οὓς ά πόλις τίθητι. Eadem enuntiatio legitur n. 2662, 14 (p. 835); 2672, 14 (p. 841); 2799, 7 (p. 907).

---

1) Foucart, Annuaire de l'association pour l'encouragement des études grecques 1875, p. 329 l. 3.

2) Ross, „Arch. Aufs." II, 611; Em. Loewy, „Inschriften griechischer Bildhauer", Leipzig 1885 n. 546; I. G. vol. XII fasc. 1 n. 847.

Quibus e locis assimilationem in titulis fere tantum in enuntiatis relativis exstare cognoscimus, quae formularum instar adhibita sunt. Pronomen relativum, quod in assimilatione cernitur, semper est pronomen simplex ὅς[1]). Alia exempla huius proprietatis, quae in titulis occurrunt, Foerster ipse[2]) et Roesler[3]) protulerunt.

Iam priusquam pergamus, nonnulla de usu atque genere dicendi scriptorum monenda sunt, quorum opera hoc capite tractabimus et eo, quod sequitur. Qui ut clare et dilucide scribant, simplicitati et siccitati cuidam operam dant. Ante omnia id respiciunt, ut ea, de quibus agunt, plane et aperte exponant. Saepius imprimis in theorematis demonstrandis participium admittunt, ut secundarias evitent sententias. Quo in sermone nullis artificiis locum esse consentaneum est.

§ 1. De assimilationis usu Archimedeo.

Quibus rebus cognitis opera Archimedis[4]), qui Dorice scripsit[5]), perquiramus, ut cognoscamus, quatenus assimilationem adhibuerit.

Libros de sphaera et cylindro libellumque de dimensione circuli non ita ab Archimede conscriptos esse, ut exstant, ostendit Heibergius[6]), qui in praefatione editionis Archimedis operum a se curatae haec facit verba[7]): „hi enim libri non modo dialecto Dorica spoliati sunt, sed etiam plurimis locis refecti, cum transscriptor et adderet, quae ei necessaria viderentur, et omitteret, quae abesse posse putaret, et omnino suae aetatis sermonem et rerum mathematicarum nomina, quae tum in usu erant, inferret. itaque, cum intellegerem in his libris manum Archimedis restitui non posse, satis duxi recensionem posteriorem sequi et tantum modo apertissimos scribendi errores corrigere".

---

1) Cf. Roesler l. l. p. 15. 2) L. l. p. 89—91. 3) L. l. p. 13; 15—16.

4) Utor editione, quam curavit I. L. Heiberg, Lipsiae 1880/81. Accedit fragmentum nuper inventum, quod inscribitur *Ἀρχιμήδους περὶ τῶν μηχανικῶν θεωρημάτων πρὸς Ἐρατοσθένην ἔφοδος*, quod edidit idem Heibergius in Hermae tom. XLII, 243. Cf. Bibl. Math. 7_3 (1906/7) p. 321 sqq.

5) Cf. Heiberg, „Quaestiones Archimedeae", Hauniae 1879, p. 69; 78 sqq.; idem „Über den Dialekt des Archimedes", Jahrb. f. klass. Philol. Suppl. XIII, 543.

6) Quaest. Arch. p. 70—77. Cf. etiam quae scripsit Hultschius Pauly-Wissowa II s. v.

7) Tom. I p. IX.

Vertamus nos ad locos, quibus assimilatio vulgaris aut exstat aut omissa est.

I. De assimilatione admissa agitur.

Nullus alius casus pronominis relativi mutatur nisi accusativus neque is in alium casum nisi genetivum.

de conoid. et sphaer. 13 (I, 350, 20) . . . ὑπὸ τῶν τμαμάτων τᾶς ΑΓ ὧν αἱ καθέτοι ποιοῦντι.

Enuntiatum relativum, quod attributivi generis est, nihil aliud continet nisi subiectum, praedicatum, obiectum; praeterea accusativo ἅ nulla pronominis relativi forma facilius assimilationi obnoxia fit; etiam praedicatum ad pronomen assimilandum adiuvat, cum indicativum exhibeat et verbum faciendi sit, quod assimilationi favet. Gravissimum autem est, quod enuntiatum relativum tam arte cum nomine cohaeret, ad quod refertur, ut facile in eius potestatem redigi possit. Enuntiatum simillimum ab Apollonio attractum infra inveniemus[1]). Sed in hoc de quo agimus enuntiato relativo non cum Torellio contra codicum consensum ἅ pro ὧν legendum est — nam scribam ἅ in ὧν consulto mutasse nemo dixerit —, quamquam alterum exemplum assimilationis apud Archimedem deest. Nam

de conoid. et sphaer. praef. (I, 274, 1) Ἀποστέλλω τοι γράψας ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ τῶν τε λοιπῶν θεωρημάτων τὰς ἀποδειξίας ὧν οὐκ εἶχες ἐν τοῖς πρότερον ἀπεσταλμένοις, καὶ ἄλλων ὕστερον ποτεξευρημένων . . .

genetivus ὧν non assimilatione ortus est, sed pendet e τὰς ἀποδειξίας cogitatione repetendo.

II. Omissa est assimilatio.

1. Primum agamus de accusativo pronominis relativi integro. Omnia enuntiata attributivi generis sunt.

α) Accusativus non mutatus est in genetivum.

de sphaer. et cyl. I, 13 (I, 64, 19) ἐπεὶ ἐλάσσονα λόγον ἔχει τὸ εὐθύγραμμον τὸ περὶ τὸν Β κύκλον πρὸς τὸ ἐγγεγραμμένον ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ἐπιφάνεια τοῦ Α κυλίνδρου πρὸς τὸν Β κύκλον . . .

Cum in Archimedis scriptis permultae enuntiationes relativae huius generis inveniantur, quae non multum inter se differunt, locos earum indicasse satis erit.

[1]) P. 47.

de sphaer. et cyl. I, 13 (I, 60, 23); I, 14 (I, 70, 11; 72, 22); I, 33 (I, 136, 16; 138, 7; 27); I, 34 (I, 142, 1; 11; 26; 144, 1; 14; 27; 146, 1); I, 42 (I, 176, 28; 178, 18); I, 44 (I, 182, 26; 184, 2; 10; 186, 5; 10; 14 bis); II, 4 (I, 212, 20; 24; 214, 6); II, 7 (I, 232, 29; 234, 3; 7; 10); II, 8 (I, 238, 9; 28; 240, 3; 4); II, 8 al. (I, 242, 15); de conoid. et sphaer. 2 (I, 296, 28; 300, 15); 23 (I, 408, 11; 17; 18; 27); 24 (I, 414, 6; 7; 12 bis); 26 (I, 438, 8); 29 (I, 474, 7); 31 (I, 484, 2); de lin. spir. praef. (II, 6, 7; 20); 5 (II, 22, 20); 6 (II, 24, 16); 7 (II, 26, 19); 9 (II, 32, 8; 9); 16 (II, 66, 5); 18 (II, 72, 15; 76, 2).

Exstant etiam alia enuntiata relativa huius generis, quae, cum maioris sint ambitus iis, quae attrahi solent, non affero. Locis enim, quos adscripsi, Archimedem tales enuntiationes omnino non assimilasse atque etiam hanc proprietatem effugisse satis demonstratum est.

aren. III, 6 (II, 272, 2) . . . ὁ ἀριθμὸς συναμφοτέρων, οὓς ἀπέχοντι ἀπὸ μονάδος οἱ πολλαπλασιαξάντες ἀλλάλους. Locus similis legitur aren. IV, 3 (II, 276, 10).

de conoid. et sphaer. praef. (I, 274, 4) . . . καὶ ἄλλων ὕστερον ποτεξευρημένων (scil. ἀποστέλλω τὰς ἀποδειξίας), ἃ πρότερον μὲν ἤδη πολλάκις ἐγχειρήσας ἐπισκεπτέσθαι δύσκολον ἔχειν τι φανείσας μοι τᾶς εὑρέσιος αὐτῶν ἀπόρησα.

Quod enuntiatum relativum cum eo comparari potest, quod supra tractavimus, de conoid. et sphaer. praef. (I, 274, 1)[1]), quamquam ratio utriusque enuntiati est diversa.

β) Accusativus non mutatus est in dativum.

de sphaer. et cyl. II, 8 al. (I, 264, 1) ἀλλ' ὁ μὲν (scil. λόγος) τῶν τμημάτων ἐδείχθη ὁ αὐτὸς τῷ, ὃν ἔχει τὸ ἀπὸ ΑΘ ἐπὶ τὴν ΘΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΓ ἐπὶ τὴν ΘΖ. E locis similibus laudo de conoid. et sphaer. 21 (I, 390, 19; 20; 394, 16 bis); 31 (I, 490, 1); 32 (I, 498, 10).

Alia, quae exstant huius generis enuntiata relativa, propterea quod ambitum eorum enuntiatorum excedunt, quae omnino attractioni succumbere solent, praeteriri possunt. Archimedem assimilationem pronominis relativi parum gratam habuisse et e locis prolatis apparet et ex eo, qui sequitur:

[1]) Cf. p. 36.

aren. IV, 13 (II, 290, 14) . . . ἴσα τᾷ τῶν ἀπλανέων ἄστρων σφαίρᾳ, ἃν Ἀρίσταρχος ὑποτιθέται . . .

2. Nunc perspiciamus eas enuntiationes relativas, in quibus dativus assimilatione non conversus est. Omnes sunt generis attributivi.

de lin. spir. 11 (II, 42, 19) . . . τοῦ ἀπὸ τᾶς ὑπεροχᾶς τετραγώνου, ᾇ ὑπερέχει ἁ μεγίστα τᾶς ἐλαχίστας.

Iam hoc loco monere nobis liceat in hac formula, quae infra saepius occurret, uno loco excepto[1]) semper dativum pronominis relativi assimilationi restitisse. Sed legimus etiam structuram . . . τῆς ὑπεροχῆς, ἣν ὑπερέχει . . ., in qua Hero[2]) pronomen non assimilavit, assimilatum invenimus in scriptis Diophanteis[3]). Cf. p. 39.

Enuntiata non attracta huius generis inveniuntur dim. circ. 1 (I, 258, 10; 260, 13); de lin. spir. praef. (II, 12, 25); de lin. spir. 11 coroll. (II, 50, 17); 24 (II, 100, 13); 25 (II, 106, 18); 25 coroll. (II, 116, 6); 26 (II, 116, 24); 28 (II, 134, 7); de plan. aequil. I, 3 (II, 146, 7); I, 7 (II, 158, 15); II, 9 (II, 218, 2); quadr. par. 16 (II, 330, 19; 332, 18); 24 (II, 350, 13; 352, 7).

aren. I, 3 (II, 242, 16) ἐγὼ δὲ πειρασοῦμαι τοι δεικνύειν δι' ἀποδειξίων γεωμετρικᾶν, αἷς παρακολουθήσεις, ὅτι . . .

3. Nominativus integer remansit in enuntiationibus relativis, quae sequuntur. Omnes hae enuntiationes generis attributivi sunt.

de sphaer. et cyl. praef. (I, 2, 14) . . . ἡ ἐκ τοῦ κέντρου ἴση ἐστὶ τῇ . . . ἀγομένῃ ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου, ὅς ἐστι βάσις τοῦ τμήματος.

Cum structura reliquarum enuntiationum huius similis sit, locos adscribo:

de sphaer. et cyl. I, 10 (I, 38, 11; 22); I, 12 (I, 52, 16); I, 13 (I, 66, 22); I, 14 (I, 68, 25); I, 24 (I, 108, 7); I, 37 (I, 154, 5; 28); I, 38 coroll. (I, 160, 11); I, 40 (I, 164, 22; 168, 7); I, 40 coroll. 2 (I, 170, 1); I, 41 (I, 174, 17; 18); I, 42 (I, 176, 5); I, 43 (I, 178, 26; 180, 22); I, 44 (I, 184, 22); II, 9 (I, 250, 17; 254, 10; 11); de conoid. et sphaer. praef. (I, 284, 17); de conoid. et sphaer. 8 (I, 324, 23); 21 (I, 392, 10; 396, 4); 22 (I, 398, 15); 27 (I, 448, 21);

[1]) P. 45. [2]) P. 61. [3]) P. 79.

de lin. spir. def. 5 (II, 52, 17); def. 6 (II, 52, 21); de lin. spir. 14 (II, 58, 5); 18 (II, 70, 19); 22 (II, 92, 21); 23 (II, 96, 13); 26 (II, 116, 13); de plan. aequil. I, 12, (II, 170, 19); I, 13 (II, 174, 10); II, 4 (II, 200, 14); II, 10 (II, 258, 8); aren. II, 2 (II, 264, 4); eph. p. 243, 17; 266, 12; 270, 20; 281, 14; 282, 29.

Neque unquam neutrum genus pronominis relativi in dativum mutatum est.

de sphaer. et cyl. I post. 5 (I, 10, 20) . . . ὑπερέχειν τούτῳ, ὃ συντιθέμενον αὐτὸ ἑαυτῷ δυνατόν ἐστι ὑπερέχειν παντὸς τοῦ προτεθέντος τῶν πρὸς ἄλληλα λεγομένων. Alii qui huc pertinent loci leguntur de sphaer. et cyl. I, 40 (I, 166, 9); de conoid. et sphaer. 8 (I, 324, 6); 9 (I, 330, 4); 26 (I, 430, 17); de lin. spir. def. 7 (II, 52, 25); quadr. par. 16 (II, 334, 6); 18 (II, 336, 18).

In scriptis Archimedis, quae supersunt, unum enuntiatum relativum invenimus, in quo accusativus generis neutrius ἅ in genetivum ὧν transiit. Nunquam dativus assimilatus est, nunquam nominativus. At leguntur plurimae enuntiationes relativae, quarum pronomen, quamquam assimilari potuit, integrum remansit. Abhorret ergo fere Archimedes ab assimilatione pronominis relativi[1]).

[1]) In scriptis Archimedis

I. exstat assimilatio vetustissima his locis:

Assimilatum est pronomen

ὁστισοῦν de conoid. et sphaer. 15a (I, 356, 6); de lin. spir. 1 (II, 16, 25; 18, 18).

ὁποιοσοῦν de sphaer. et cyl. I def. 2 (I, 6, 18); I, 21 (I, 96, 12); de conoid. et sphaer. 1 (I, 290, 18; 292, 5); 3 (I, 300, 19); de lin. spir. 5 (II, 22, 8); 12 (II, 54, 5); 17 coroll. (II, 70, 10); 19 coroll. (II, 82, 5); 20 coroll. (II, 86, 25); 22 coroll. II (II, 96, 4); 25 coroll. (II, 114, 26); 27 (II, 126, 4); 28 (II, 132, 21); eph. p. 248, 4.

ὁποσοσοῦν de lin. spir. 3 (II, 20, 2); quadr. par. 14 (II, 320, 4); 15 (II, 326, 13); eph. p. 247, 4.

II. Omissa est assimilatio vetustissima.

Integrum remansit pronomen

ὅστις de plan. aequil. II, 10 (II, 238, 3); aren. I, 11 (II, 250, 5; 7).

ὅσπερ de sphaer. et cyl. I, 6 (I, 24, 4); I, 12 (I, 56, 10); dim. circ. 3 (I, 270, 8); de plan. aequil. I, 15 (II, 186, 9).

ἡλίκος eph. p. 288, 4.

§ 2. De assimilationis pronominis relativi apud Epistolographos Doricos, Timaeum Locrum, Ocellum usu.

Atque primum quidem de usu Epistolographorum agamus.

I. Assimilatio vulgaris admissa est in his duabus enuntiationibus relativis attributivis:

Socratic. (Aristippi) ep. 9, 3 (617, 42) τᾶς δὲ μανίας ἇς ἐμάνην εἰς ταῦτα ἐλθὼν ἀβούλως τὰ ἀτοπήματα ἐπαρῶμαι ἀρὰν κατ' ἐμαυτοῦ...

In hac enuntiatione relativa maioris ambitus, in qua figura etymologica cernitur, accusativus sing. pronominis relativi feminini generis assimilari potuit, cum enuntiatio relativa artissime cohaereat cum notione, ad quam pronomen spectat. Praeterea verbum enuntiati relativi indicativum exhibet.

Alterum exemplum assimilationis admissae exstat

Socratic. (Aristippi) ep. 9, 2 (617, 32) τῶν τε ἰσχάδων ἀποτίθεσο, ἵν' ἔχῃς εἰς τὸ χεῖμα, καὶ τῶν ἀλφίτων τῶν ἔχεις Κρητικῶν (ταῦτα γὰρ δοκέει ἀμείνω τοῦ χράματος εἶναι) . . .

In hac quoque enuntiatione relativa, quae nihil aliud continet nisi praedicatum et obiectum, pronomen facillime assimilari potuit. Accusativus neutrius generis plur. in genetivum traductus est, et praedicatum in indicativo positum verbum habendi est. Gravissimum autem est, quod assimilationi positio enuntiationis relativae quam maxime favet, quippe quae inter substantivum, ad quod refertur, eiusque attributum interiecta sit.

II. Sequuntur assimilationis exempla nominativi in genetivum omissae, quae attributivi generis sunt. Eorum locos indicasse satis habeo.

Socratic. (Aristippi) ep. 9, 1 (617, 20) . . . τῆς Διονυσίου ὠμότητος, ὅς μ' ὥς τινα ἐνεχύριον . . . κατέχει. ibid. ep. 13, 1 (618, 34) Προδίκω τῶ Κείω, ὅς ἔφα . . .

In utraque enuntiatione relativa assimilatio adhiberi non potuit, cum pronomen ad nomen proprium spectet.

Veniamus ad Timaei Locri libellum[1], in quo nullum invenitur exemplum assimilationis vulgaris admissae.

Omissa vero est assimilatio in enuntiatis hisce:

1. accusativus non mutatus est in genetivum. Enuntiationes relativae, quae huc pertinent, attributi vices gerunt.

[1]) Timaei Locri *περὶ κόσμω ψυχᾶς καὶ φύσιος* edidit C. Fr. Hermann (in Platonis Dialogorum tom. IV, 407 sqq.), Lipsiae 1860. Cf. I. R. W. Anton, „De origine libelli *περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος*", Numburgi 1891.

c. X (p. 99 E) . . . ἔξω μιᾶς τᾶς ταὐτῶ δυνάμιος, ἃν ἐν τῷ λογικῷ μέρει ἔμιξεν . . .

c. VI (p. 97 D) εἰκὼν δέ ἐστι τῶ ἀγεννάτω χρόνω, ὃν αἰῶνα ποταγορεύομες.

c. VII (p. 97 D) . . . δύσιάς τε καὶ ἀνατολὰς γεννῶσα κατ' ἀποτομὰς τῶν ὁριζόντων, ὡς τᾷ ὄψει καὶ τᾷ ἀποτομᾷ τᾶς γᾶς περιγράφομεν.

2. Nominativus integer remansit in his enuntiatis attributivis, quorum locos adscribo:

c. III (p. 95 D); c. IV (p. 96 A); c. XIII (p. 101 D); c. XVII (p. 105 A).

Restat ut addamus neque in Ocelli Lucani fragmento Dorico libri περὶ νόμου, quod servatum est in Stob. ecl. phys. I 16, p. 32[1]) neque in libello περὶ τοῦ παντός, qui sub nomine eius fertur[2]), exemplum assimilationis vulgaris admissae aut omissae inveniri[3]).

Ut summam faciamus, scriptores Doricos minime ad assimilationem pronominis relativi inclinasse patet.

Caput III.

De assimilationis pronominis relativi apud aetatis Hellenisticae scriptores, qui Attica lingua[4]) non utuntur, usu.

§ 1. De Aristoxeni assimilationis usu.

Multa eorum, quae Aristoxenus conscripsit, interierunt. Servata sunt fragmenta eorum librorum, in quibus harmonicam et artem rhythmicam docuit[5]).

[1]) Ed. Fr. G. A. Mullach in „Aristotelis de Melisso etc.", Berolini 1845, p. 176.

[2]) Ibid. p. 152. Cf. Io. de Heyden-Zielewicz, „Prolegomena in Pseudocelli de universi natura libellum", Vratislaviae 1901 (Bresl. Philol. Abh. VIII, 3).

[3]) Apud Epistolographos Doricos, Timaeum Locrum, Ocellum

I. assimilatio vetustissima occurrit locis hisce:

assimilatum est pronomen

ὁστισδήποτε Socratic. ep. 16 (622, 22),

ὁστισῶν Tim. c. III (95 C).

II. Assimilatio vetustissima omissa est.

Restitit assimilationi pronomen

ὁκόσος Tim. c. I (93 B); c. V (96 C),

ὅσπερ Tim. c. III (95 A).

[4]) Excipio Theophrastum, Epicurum, Polybium, Strabonem, Diodorum, quos tractaverunt Roesler et Schindler. Cf. p. 1.

[5]) Utor editione, quam curavit P. Marquard, Berolini 1868. Cf. Oxyrhynch. Pap. Vol. I, 14 sqq.

I. Assimilatio vulgaris admissa est

harm. p. 48, 15 οὐ γὰρ ἐνδέχεται φαύλως αἰσθανόμενον εὖ λέγειν περὶ τούτων ὧν μηδένα τρόπον αἰσθάνεται.

Hoc est unum assimilationis exemplum, quod reliquias operum Aristoxeni perscrutanti occurrit. In hoc enuntiato relativo, quod attributivi generis est, assimilatio facillime adhiberi potuit; nam enuntiatio relativa ex obiecto, attributo, praedicato constat, et pronomen est neutrius generis; huc accedit quod praedicatum in indicativo positum est verbum sentiendi, quod assimilationi favet. Cum in Aristoxeni reliquiis nullum inveniatur enuntiatum, in quo e verbo αἰσθάνεσθαι genetivus pendeat, etiam hoc loco verbum non cum genetivo constructum esse statuendum est, sed cum accusativo, qui assimilatione in genetivum traductus est. Conferas harm. p. 48, 20 Εὐθέως γὰρ τὰς τῶν γενῶν διαφορὰς αἰσθανόμεθα . . . et harm. p. 56, 3 αἰσθάνεσθαι μὲν γὰρ δεῖ τὸ γιγνόμενον, μνημονεύειν δὲ τὸ γεγονός.

II. Agedum perlustremus exempla assimilationis omissae, atque primum ea, in quibus

1. accusativus pronominis relativi remansit. Sunt omnia attributivi generis.

harm. p. 56, 27 τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ περὶ τῶν δυνάμεων ἐροῦμεν ἃς αἱ τῶν τετραχόρδων φύσεις ποιοῦσι . . .

harm. 52, 21 ἀλλὰ περὶ αὐτῶν μόνον τῶν ἑπτὰ ὀκταχόρδων ἃ ἐκάλουν ἁρμονίας τὴν ἐπιστήμην ἐποιοῦντο . . .

Quo loco monendum est accusativum praedicativum conexum cum verbo καλεῖν una cum pronomine plerumque efficaciter casum defendisse et rarissime assimilationi succubuisse.

harm. p. 92, 1 τίθεται γὰρ ὁ τόνος ἐν τῇ διαζεύξει μεταξὺ τοιούτων τετραχόρδων ἃ οἱ περιέχοντες βαρύτατοί εἰσι πυκνοῦ.

Hoc loco libri manu scripti inter se differunt; nam tertia manus correctrix codicis M supra ἃ scripsit ὧν, quod codex R praebet. Sed neque tertia manus correctrix codicis M[1] neque codex R[2] magni momenti sunt. Quam ob rem quin cum ceteris libris ἃ, quod e participio οἱ περιέχοντες pendet, legendum sit dubitari non potest.

[1] Cf. Marquard prol. p. XIII.
[2] Ibid. p. XXV/VI.

2. Dativi assimilatio non exstat in his enuntiatis relativis attributivis:

harm. p. 40, 24 . . . καὶ τῆς ὑπεροχῆς ᾗ τὸ διὰ πέντε τοῦ διὰ τεσσάρων ὑπερέχει . . .

Copulatio ὑπεροχὴν ὑπερέχειν, quam procedente commentatione saepius apud mathematicos inveniemus, in Aristoxeni fragmentis nusquam occurrit. Sed legimus harm. p. 80, 19 . . . ὅτι οἱ τὴν ὑπεροχὴν περιέχοντες ᾗ τὸ διὰ τεσσάρων ὑπερέχει τοῦ διτόνου . . . Semper Aristoxenus dicit ὑπερέχειν τινί τινος, id quod praeter locos, quos modo protulimus, demonstrant enuntiata, quae leguntur harm. p. 34, 28; 82, 30.

harm. p. 60, 7 ὅτι δ' * ὁ αὐλήτης * χειρουργίαν τὴν μὲν ἀπὸ τῶν χειρῶν, τὴν δ'ἀπὸ τῶν λοιπῶν μερῶν οἷς ἐπιτείνειν τε καὶ ἀνιέναι πέφυκε . . .

rhyth. p. 413, 13 Διὰ τί δὲ οὐ γίνεται πλείω σημεῖα τῶν τεττάρων, οἷς ὁ ποὺς χρῆται κατὰ τὴν αὑτοῦ δύναμιν, ὕστερον δειχθήσεται.

harm. p. 6, 23 ἀναγκαῖον δὲ ἁπτομένοις ἡμῖν συνθέτων διαστημάτων οἷς ἅμα καὶ συστήμασιν εἶναί πως συμβαίνει περὶ συνθέσεως ἔχειν τι λέγειν τῆς τῶν ἀσυνθέτων διαστημάτων. Similis locus invenitur p. 10, 18.

Cum dativus etiam apud scriptores, qui assimilationi favent, rarius in genetivum — nam in alium casum nunquam abiisse videtur[1] — mutatus sit, apud Aristoxenum dativum semper integrum mansisse non mirabimur.

3. Nominativus non assimilatus est in enuntiatis sequentibus, quae attributi vices gerunt.

harm. p. 62, 23 Ἐπεὶ δὲ πάσης ἐπιστήμης, ἥ τις ἐκ προβλημάτων πλειόνων συνέστηκεν . . .

harm. p. 68, 5 καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι * μὴ * κινοῦνται τῶν φθόγγων . . .

harm. p. 34, 3 Πυκνὸν δὲ λεγέσθω τὸ ἐκ δύο διαστημάτων συνεστηκός, ἃ συνθέντα ἔλαττον διάστημα περιέξει τοῦ λειπομένου διαστήματος ἐν τῷ διὰ τεσσάρων.

Assimilationem nominativi, qui ut „casus agentis“ maximam vim ad se defendendum habet, omissam excusare non opus est.

[1] Cf. Roesler, p. 7.

Restat ut summam faciamus; usum atque genus dicendi Aristoxeni ab assimilatione pronominis relativi fere abhorrere statuendum est, id quod, cum Aristoxenus et Theophrastus iisdem floruerint temporibus, bene convenit cum iis, quae Roesler[1]) de attractionis usu Theophrasteo annotat dicens: „Paene evanuit attractio vulgaris in disrupto illo genere dicendi“[2]).

§ 2. De Euclidis assimilationis usu.

Utrum Euclides assimilationem pronominis relativi adhibuerit necne, nunc videamus. Cuius in opera[3]), ut saepius fieri solet, irrepserunt nonnulla, quae Euclides non composuit: elementorum libros, qui vocantur Euclidis quartus decimus et quintus decimus, ab Hypsicle conscriptos esse ostendit Heibergius[4]). Mathematicum illum celeberrimum libros tredecim elementorum composuisse vel inde cognosci potest, quod Marinus (dat. p. 14 ed. Hardy) dicit: στοιχεῖα γεωμετρίας ὅλης ἐν τοῖς ιγ΄[5]). Etiam catoptrica non ab Euclide composita esse demonstravit idem vir doctus[6]). Sed aggrediamur rem ipsam exemplisque confirmemus, qualis sit usus assimilationis vulgaris.

I. Assimilatio vulgaris admissa est loco, quo dativus in genetivum abiit.

---

[1]) L. l. p. 38.

[2]) I. Assimilatio vetustissima ab Aristoxeno admissa est locis his:

In assimilatione cernitur pronomen
ὁστισοῦν harm. p. 6, 8.
ὁστισδήποτε harm. p. 68, 2.
ὁσδήποτε harm. p. 78, 24.
οἷος harm. p. 102, 2; rhyth. p. 414, 16.

II. Omissa est assimilatio vetustissima.

Effugit assimilationem pronomen
ὅσος harm. p. 90, 6; 106, 14.

[3]) Euclidis opera omnia edd. Heiberg et Menge, Lipsiae 1883—1896. Euclidis sectionem canonis ed. C. Ian. (Musici Scriptores Graeci, Lipsiae 1895, p. 148 sqq.).

[4]) „Literargeschichtliche Studien über Euklid“, Leipzig 1882, p. 154—156.

[5]) Heiberg, „Literargeschichtliche Studien über Euklid“, p. 28.

[6]) Ibid. p. 151 sqq. ed. Eucl. tom. VII prol. XLIX.

II. app. ad l. XIII: XII, 11 (IV, 409, 23) . . . ἃ ἔσται ἐλάττονα τῆς ὑπεροχῆς ἧς ὑπερέχει ὁ ΖΘΜΝ κύκλος τοῦ Α στερεοῦ.

Qua in enuntiatione relativa, quae attributivi generis est, exstat singularis illa assimilatio, qua dativus pronominis relativi in genetivum mutatur. Nam qui hanc appendicem composuit, diligenter loquendi usum Euclidis imitatus est; hic autem scripsit el. V def. 15 (II, 6, 1) . . . τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου et el. V def. 16 (II, 6, 5) . . . πρὸς τὴν ὑπεροχήν, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου et el. XII, 2 (IV, 144, 9; 18) . . . ἃ ἔσται ἐλάσσονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ ΕΖΗΘ κύκλος τοῦ Σ χωρίου et el. XII, 5 (IV, 166, 9) . . . αἵ εἰσιν ἐλάττονες τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ἡ ΔΕΖΘ πυραμὶς τοῦ Χ στερεοῦ et el. XII, 10 (IV, 190, 13) ἃ ἔσται ἐλάττονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ κύλινδρος τοῦ τριπλασίου τοῦ κώνου et ibid. (IV, 194, 17) . . . ἃ ἔσται ἐλάττονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ κῶνος τοῦ τρίτου μέρους τοῦ κυλίνδρου et el. XII, 12 (IV, 206, 15) . . . ἃ ἔσται ἐλάσσονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ ΕΖΗΘΝ κῶνος τοῦ Ξ στερεοῦ. Semper enim dicit Euclides ὑπερέχειν τινί τινος; e. g. inspicias el. X, 79 (III, 238, 7 sqq.); X, 80 (III, 240, 11 sqq.); X, 82 (III, 246, 16 sqq.; 248, 16 sqq.). Dubitari non potest quin ad pronomen ex dativo in genetivum traducendum magnam vim habuerit structura ὑπεροχὴν ὑπερέχειν, quae agnoscenda est e. g. in Heronis geom. def. 124, 5 . . . τὴν ὑπεροχήν, ἣν ὑπερέχει et ibid. 127, 4 . . . τῆς ὑπεροχῆς, ἣν ὑπερέχει, ut missos faciamus incertos illos locos, qui inveniuntur in Apollonii conic. I, 41 (I, 128, 2; 6; 9).

II. Nunc agamus de enuntiationibus relativis, quae attractionem effugerunt,

1. atque primum de iis, quarum pronomen in accusativo remansit. Omnes attributi vices gerunt.

α) Accusativus non in genetivum abiit.

el. VIII, 5 (II, 286, 8) Λόγων γὰρ δοθέντων τοῦ τε ὃν ἔχει ὁ Γ πρὸς τὸν Ε καὶ ὁ Δ πρὸς τὸν Ζ . . . Loci similes leguntur el. X, 12 (III, 36, 15); app. ad data 16 (VI, 218, 7).

app. ad data 16 (VI, 218, 10) . . . ὁ αὐτός ἐστι τῷ συγκειμένῳ ἐξ οὗ ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς τὴν Μ καὶ ἡ Μ πρὸς τὴν Λ . . .

ibid. lin. 4 . . . τουτέστιν ἐξ οὗ, ὃν ἔχει λόγον ἡ ΓΔ πρὸς τὴν ΕΖ καὶ ἡ ΘΓ πρὸς τὴν ΗΕ.

Restat ut summam faciamus; usum atque genus dicendi Aristoxeni ab assimilatione pronominis relativi fere abhorrere statuendum est, id quod, cum Aristoxenus et Theophrastus iisdem floruerint temporibus, bene convenit cum iis, quae Roesler[1]) de attractionis usu Theophrasteo annotat dicens: „Paene evanuit attractio vulgaris in disrupto illo genere dicendi“ [2]).

§ 2. De Euclidis assimilationis usu.

Utrum Euclides assimilationem pronominis relativi adhibuerit necne, nunc videamus. Cuius in opera[3]), ut saepius fieri solet, irrepserunt nonnulla, quae Euclides non composuit: elementorum libros, qui vocantur Euclidis quartus decimus et quintus decimus, ab Hypsicle conscriptos esse ostendit Heibergius[4]). Mathematicum illum celeberrimum libros tredecim elementorum composuisse vel inde cognosci potest, quod Marinus (dat. p. 14 ed. Hardy) dicit: στοιχεῖα γεωμετρίας ὅλης ἐν τοῖς ιγ'[5]). Etiam catoptrica non ab Euclide composita esse demonstravit idem vir doctus[6]). Sed aggrediamur rem ipsam exemplisque confirmemus, qualis sit usus assimilationis vulgaris.

I. Assimilatio vulgaris admissa est loco, quo dativus in genetivum abiit.

---

[1]) L. l. p. 38.

[2]) I. Assimilatio vetustissima ab Aristoxeno admissa est locis his:

In assimilatione cernitur pronomen
ὁστισοῦν harm. p. 6. 8.
ὁστισδήποτε harm. p. 68, 2.
ὁσδήποτε harm. p. 78, 24.
οἷος harm. p. 102, 2; rhyth. p. 414, 16.

II. Omissa est assimilatio vetustissima.

Effugit assimilationem pronomen
ὅσος harm. p. 90, 6; 106, 14.

[3]) Euclidis opera omnia edd. Heiberg et Menge, Lipsiae 1883—1896. Euclidis sectionem canonis ed. C. Ian. (Musici Scriptores Graeci, Lipsiae 1895, p. 148 sqq.).

[4]) „Literargeschichtliche Studien über Euklid“, Leipzig 1882, p. 154—156.

[5]) Heiberg, „Literargeschichtliche Studien über Euklid“, p. 28.

[6]) Ibid. p. 151 sqq. ed. Eucl. tom. VII prol. XLIX.

II. app. ad l. XIII: XII, 11 (IV, 409, 23) . . . ἃ ἔσται ἐλάττονα τῆς ὑπεροχῆς ἧς ὑπερέχει ὁ ΖΘΜΝ κύκλος τοῦ Α στερεοῦ.

Qua in enuntiatione relativa, quae attributivi generis est, exstat singularis illa assimilatio, qua dativus pronominis relativi in genetivum mutatur. Nam qui hanc appendicem composuit, diligenter loquendi usum Euclidis imitatus est; hic autem scripsit el. V def. 15 (II, 6, 1) . . . τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου et el. V def. 16 (II, 6, 5) . . . πρὸς τὴν ὑπεροχήν, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου et el. XII, 2 (IV, 144, 9; 18) . . . ἃ ἔσται ἐλάσσονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ ΕΖΗΘ κύκλος τοῦ Σ χωρίου et el. XII, 5 (IV, 166, 9) . . . αἵ εἰσιν ἐλάττονες τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ἡ ΔΕΖΘ πυραμὶς τοῦ Χ στερεοῦ et el. XII, 10 (IV, 190, 13) ἃ ἔσται ἐλάττονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ κύλινδρος τοῦ τριπλασίου τοῦ κώνου et ibid. (IV, 194, 17) . . . ἃ ἔσται ἐλάττονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ κῶνος τοῦ τρίτου μέρους τοῦ κυλίνδρου et el. XII, 12 (IV, 206, 15) . . . ἃ ἔσται ἐλάσσονα τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει ὁ ΕΖΗΘΝ κῶνος τοῦ Ξ στερεοῦ. Semper enim dicit Euclides ὑπερέχειν τινί τινος; e. g. inspicias el. X, 79 (III, 238, 7 sqq.); X, 80 (III, 240, 11 sqq.); X, 82 (III, 246, 16 sqq.; 248, 16 sqq.). Dubitari non potest quin ad pronomen ex dativo in genetivum traducendum magnam vim habuerit structura ὑπεροχὴν ὑπερέχειν, quae agnoscenda est e. g. in Heronis geom. def. 124, 5 . . . τὴν ὑπεροχήν, ἣν ὑπερέχει et ibid. 127, 4 . . . τῆς ὑπεροχῆς, ἣν ὑπερέχει, ut missos faciamus incertos illos locos, qui inveniuntur in Apollonii conic. I, 41 (I, 128, 2; 6; 9).

II. Nunc agamus de enuntiationibus relativis, quae attractionem effugerunt,

1. atque primum de iis, quarum pronomen in accusativo remansit. Omnes attributi vices gerunt.

α) Accusativus non in genetivum abiit.

el. VIII, 5 (II, 286, 8) Λόγων γὰρ δοθέντων τοῦ τε ὃν ἔχει ὁ Γ πρὸς τὸν Ε καὶ ὁ Δ πρὸς τὸν Ζ . . . Loci similes leguntur el. X, 12 (III, 36, 15); app. ad data 16 (VI, 218, 7).

app. ad data 16 (VI, 218, 10) . . . ὁ αὐτός ἐστι τῷ συγκειμένῳ ἐξ οὗ ὃν ἔχει ἡ Κ πρὸς τὴν Μ καὶ ἡ Μ πρὸς τὴν Λ . . .

ibid. lin. 4 . . . τουτέστιν ἐξ οὗ, ὃν ἔχει λόγον ἡ ΓΔ πρὸς τὴν ΕΖ καὶ ἡ ΘΓ πρὸς τὴν ΗΕ.

β) Accusativus non in dativum mutatur.

catoptr. 19 (VII, 316, 12) ἴσον ἄρα τὸ ἀπόστημα, ὃ ἀπέχει ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου τὸ ΕΔ, τῷ ὃ ἀπέχει τὸ εἴδωλον τὸ ΚΛ.

2. Dativi omissam assimilationem paucis absolvere possumus, cum enuntiata relativa, quae ad assimilandum pronomen idonea sunt, iam supra protulerimus[1]. Omnia haec enuntiata attributivi generis esse neque ullam aliam enuntiationem, quae attrahi possit, inveniri addendum est.

3. Quae cum ita sint, proferamus ea enuntiata relativa, quorum pronomen relativum in nominativo positum assimilationem non passum est. Omnia enuntiata attributivi generis sunt.

el. X, 44 (III, 126, 10) . . . πάλιν δὲ τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΔ, ΔΒ, ἅπερ ἐλάσσονα ἐδείχθη τῶν ἀπὸ ΑΓ, ΓΒ, ἴσον ἀφῃρήσθω τὸ ΕΛ.

el. I, 12 (I, 34, 3; 8; 15; 27) . . . ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου, ὃ μή ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, κάθετον εὐθεῖαν γραμμὴν ἀγαγεῖν. Cum structura reliquorum enuntiatorum, quae huc pertinent, huic similis sit, locos eorum indicasse satis erit. el. I, 22 (I, 52, 15; 54, 16); I, 23 (I, 56, 8); III def. 8 (I, 166, 1); XI, 23 (IV, 68, 13); dat. 42 (VI, 74, 17); opt. 40 (VII, 86, 12); sect. can. c. 18 (p. 163, 11 Ian); catoptr. def. 3 (VII, 186, 4).

Exemplis, quae supra posuimus, Euclidis usum atque genus dicendi ab assimilatione vulgari abhorrere apparet, id quod haud dissentit ab iis, quae ad Aristoxeni loquendi usum annotavimus, cum Aristoxenus et Euclides iisdem fere floruerint temporibus. Quae cum ita sint, Aristotele mortuo eos scriptores Graecos, qui disciplinas litteris mandarunt, assimilationi pronominis relativi non modo non favisse, sed etiam eam sprevisse colligi potest[2].

---

[1]) P. 45.

[2]) In Euclidis scriptis hi inveniuntur loci,

I. quibus assimilatio vetustissima admissa est.

Assimilatum est pronomen

ὁσδηποτοῦν el. XIV (V, 36, 1; 9; 17; 22);

ὁστισοῦν opt. rec. Theon. pr. (VII, 152, 5); el. VII, 38 (II, 266, 16; 18);

οἱοσδηποτοῦν el. XIV (V, 24, 17);

οἷος el. XII, 17 (IV, 228, 19);

ὁποιοσοῦν el. V def. 5 (II, 2, 14); V, 4 (II, 14, 14; 16, 18); app. ad l. X: 9 (III, 386, 14; 18); el. XV (V, 50, 18); dat. 77 (VI, 148, 8; 12); 83 (VI, 164, 6); opt. 44 (VII, 96, 17);

ὁποῖος catoptr. 2 (VII, 290, 2); 3 (VII, 290, 16);

ὁποσοσοῦν el. V, 1 (II, 6, 22; 8, 1; 19); V, 12 (II, 38, 5); VII, 33 (II, 252, 18); VIII, 4 (II, 278, 17); X, 12 (III, 36, 15);

ὁποτεροσοῦν opt. 42 (VII, 92, 16);

ὁπότερος el. I, 24 (I, 58, 9); I, 44 (I, 102, 18); I, 47 (I, 110, 20); II, 2 (I, 122, 5); II, 3 (I, 124, 3); II, 4 (I, 126, 2; 3); II, 5 (I, 130, 6; 7; 8); II, 6 (I, 132, 21; 22; 23); III, 32 (I, 252, 16); IV, 8 (I, 290, 10; 11); VI, 6 (II, 92, 13); VI, 22 (II, 142, 23); VI, 26 (II, 156, 15); X, 54 (III, 160, 15); X, 100 (III, 320, 3); X, 101 (III, 324, 14); app. ad l. X: 14 (III, 392, 22); dat. 37 (VI, 62, 26); 38 (VI, 66, 2).

II. Omissa est assimilatio vetustissima.

Non assimilatum est pronomen

ὅσος opt. r. Th. pr. (VII, 144, 13);

ὅστις el. I, 42 (I, 100, 1).

§ 3. De Apollonii Pergaei assimilationis usu.

E praefationibus, quas Apollonius conicorum[1]) libris I et IV praemisit, enucleari potest, quibus ferme fuerit temporibus. Primos tres libros misit ad Eudemum, qui fuit discipulus Aristotelis. Dicit enim: „πέπομφα οὖν σοι τὸ πρῶτον βιβλίον διορθωσάμενος, τὰ δὲ λοιπά, ὅταν εὐαρεστήσωμεν, ἐξαποστελοῦμεν"[2]). Eudemo mortuo conicorum reliquos libros — ex octo libris ad nos venerunt quattuor et nonnulla fragmenta — Attalo cuidam dedicavit[3]), quem eundem esse atque primum Pergamenae civitatis regem coniecit Heibergius[4]). Fieri potest, ut Apollonius regi Attalo hos quidem libros miserit; nam ipse una cum Eudemo Pergami fuit, et Pergamo Alexandriam se contulit, qua in urbe conica conscripsit[5]). Ex his, quae breviter exposui, Apollonium ducentesimo circiter anno a. Chr. n. floruisse intellegitur.

Videamus nunc, qualis apud eum fuerit usus assimilationis pronominis relativi.

I. Assimilatio vulgaris admissa est.

1. Accusativus genetivi formam induit.

Omnia, quae exstant, exempla generis attributivi sunt.

I, 12 (I, 42, 19) . . . τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν τῆς βάσεως τμημάτων ὧν ποιεῖ ἡ ἀχθεῖσα, πλάτος ἔχον . . .

---

[1]) Apollonii Pergaei quae Graece exstant cum commentariis antiquis ed. I. L. Heiberg, Lipsiae 1891—1893.

[2]) Praef. ad l. I (tom. I, 2, 7).

[3]) Cf. praef. ad l. IV (II, 2, 2 sqq.)

[4]) Prol. tom. II, p. LVII.

[5]) Praef. ad l. I (I, 2, 5 sqq.).

Facile assimilatio adhiberi potuit: accusativus ἃ assimilationi obnoxius factus est, praedicatum in indicativo positum est verbum faciendi; praeterea enuntiatum relativum nihil aliud continet nisi subiectum, obiectum, praedicatum. Enuntiatum huic simillimum ab Archimede attractum supra protulimus[1].

I, 45 (I, 136, 16) . . . τὸ γινόμενον ὑπ' αὐτῶν τρίγωνον οὗ ἀποτέμνει τριγώνου ἡ κατηγμένη πρὸς τῷ κέντρῳ ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς μεῖζον ἔσται . . .

I, 44 (I, 134, 6) . . . τὸ γινόμενον ὑπ' αὐτῶν τρίγωνον οὗ ἀποτέμνει τριγώνου ἡ κατηγμένη πρὸς τῷ κέντρῳ τῆς τομῆς ἔλασσον ἔσται . . .

I, 43 (I, 130, 25) . . . τὸ γινόμενον ὑπ' αὐτῶν τρίγωνον ἐπὶ τῆς ὑπερβολῆς οὗ ἀποτέμνει τριγώνου ἡ διὰ τοῦ κέντρου καὶ τῆς ἁφῆς ἔλασσον ἔσται . . .

Notio regens facile in his enuntiatis relativis pronomen in potestatem suam redigere potuit; nam positio enuntiati relativi et neutrum genus pronominis ansam ad enuntiatum relativum assimilandum praebent. Similes enuntiationes relativas attractas, quae leguntur in scriptis Platonis et Aristotelis protulerunt Cleefius[2]) et Schindler[3]).

Papp. VII, 26 (p. 666, 23 ed. Hultsch) . . . καὶ ᾗ τὸ ἀπὸ τῆς διαχθείσης ἴσον τῷ ὑπὸ δοθείσης καὶ ἧς ἀπολαμβάνει ἤτοι πρὸς τῷ δοθέντι σημείῳ ἢ πρὸς ἑτέρῳ δοθέντι σημείῳ ἐπὶ τῆς θέσει δεδομένης . . .

Quem locum Pappus ex Apollonii locorum planorum libro altero affert. Quamquam pronomen est feminini generis sing. et enuntiatum relativum attributis auctum est, tamen pronomen assimilationi succubuit.

2. Nominativus in genetivum traductus est.

a) Enuntiatum substantivi generis exstat:

II, 19 (I, 224, 5) Ἐὰν . . . ἀχθῇ τις εὐθεῖα ἐπιψαύουσα ἧς ἔτυχε τῶν τομῶν . . .

In hac enuntiatione relativa et in iis, quae sequuntur, nominativum in assimilatione agnoscendum esse docet locus, qui legitur III, 20 (I, 358 21) . . . καὶ εἰλήφθω ὃ ἔτυχε σημεῖον τὸ Κ . . .

Exempla similia, in quibus Aristoteles assimilationem adhibuit, collegit Schindler[4]).

---

[1]) P. 36. [2]) L. l. p. 14. [3]) L. l. p. 54. [4]) L. l. p. 35 sqq.

Enuntiatum relativum, quod e verbo pendet, facile assimilari potuit, quamquam nominativus maiorem vim ad se defendendum habet quam casus obliqui et pronomen est feminini generis; nam pronomen et praedicatum, verbum intransitivum, quod indicativo continetur, notionem regentem ipsam subsequuntur.

b) Enuntiata attributivi generis leguntur haec:

I, 44 (I, 134, 3) . . . ληφθέντος δὲ ἐπὶ τῆς τομῆς οὗ ἔτυχε σημείου καταχθῶσιν εὐθεῖαι . . .

I, 45 (I, 136, 13) . . . ληφθέντος δὲ οὗ ἔτυχεν ἐπὶ τῆς τομῆς σημείου ἀχθῶσι δύο εὐθεῖαι . . .

Quibus in enuntiatis relativis facillime assimilatio adhiberi potuit, quoniam pronomen est neutrius generis et praedicatum verbum intransitivum in indicativo positum. Gravissimum autem est, quod positio utriusque enuntiati relativi ad assimilationem quam maxime idonea est.

II. Omissa est assimilatio.

1. Atque primum quidem consideremus eas enuntiationes, in quibus accusativus pronominis relativi remansit. Omnes attributi vices gerunt.

α) Accusativus non in genetivum abiit.

I, 11 (I, 40, 8) τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑΓ λόγον ἔχει συγκείμενον ἔκ τε τοῦ, ὃν ἔχει ἡ ΒΓ πρὸς ΓΑ καὶ ἡ ΒΓ πρὸς ΒΑ . . .

E locis similibus profero I, 38 (I, 114, 16; 17; 19; 20; 23 bis); I, 39 (I, 118, 12; 14; 20; 120, 4 bis); I, 40 (I, 120, 18; 19; 122, 7; 8; 12; 13); I, 41 (I, 122, 20; 22; 124, 7; 8; 20 bis; 23 bis; 24; 25; 27 bis); I, 45 (I, 138, 8; 9); I, 54 (I, 168, 1); I, 55 (I, 174, 4); III, 14 (I, 340, 23; 342, 4). Omnes hae enuntiationes relativae ad assimilationem idoneae sunt. Quae cum non locum habeat, Apollonium ad eam non magnopere propensum fuisse demonstratur. Reliquas huius indolis enuntiationes, quippe quae maioris ambitus sint, non enumero.

I, 7 (I, 24, 2) . . . αἱ ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἀπὸ τῆς γενηθείσης τομῆς ἐν τῇ τοῦ κώνου ἐπιφανείᾳ, ἣν ἐποίησε τὸ τέμνον ἐπίπεδον . . .

Quae enuntiatio, quamquam assimilatae, quae legitur I, 12 (I, 42, 19) (p. 47) similis est, effugit attractionem, propterea quod pronomen relativum a nomine attributo iam definito, ad quod

spectat, quinque vocabulis seiunctum est. Accedit quod pronomen est feminini generis.

β) Accusativus non in dativum abiit.

I, 38 (I, 114, 24) . . . ὁ αὐτὸς (scil. λόγος) τῷ ὃν ἔχει τὸ ὑπὸ ΖΗΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΜΗΛ. Loci similes leguntur ibid. p. 116, 10; I, 56 (I, 180, 11); III, 54 (I, 442, 19); III, 56 (I, 450, 19).

Apollonium in enuntiatis relativis idoneis assimilationem vitasse iterum elucet.

I, 41 (I, 128, 9) . . . ὅμοιον τῷ ΑΖ τῇ ὑπεροχῇ, ἣν ὑπερέχει τὸ ΑΖ τοῦ ΔΗ.

Textus restituendi causa proferamus etiam

I, 41 (I, 128, 2; 6) . . . πρὸς τὴν ὑπεροχήν, ἣν ὑπερέχει τὸ ΑΖ τοῦ ΔΗ . . .

Quibus locis cod. *p*. . . . ὑπεροχήν, ᾗ ὑπερέχει . . . et τῇ ὑπεροχῇ. ᾗ ὑπερέχει . . . praebet, quam lectionem Halleyus recepit. Ego quidem ei assentior, quamquam etiam in cod. *p* lin. 6 scriptum invenimus τὴν ὑπεροχήν, ἣν ὑπερέχει . . .; nam III, 24 (I, 372, 12; 14) omnes libri praebent τὴν ὑπεροχήν, ᾗ ὑπερέχει . . . et ibid. lin. 18 . . . τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει τὸ ἀπὸ ΑΕ τοῦ ὑπὸ ΚΞΘ . . . Praeterea apud Euclidem et Archimedem semper ᾗ (ᾇ) ὑπερέχει legitur, et ι adscriptum errore scribae facillime in ν mutari potuit, praesertim cum duae voces, quae pronomen antecedunt, in -ην desinerent.

2. Deinceps proferamus exempla dativi non assimilati, quae exstant in his enuntiatis relativis attributivis:

II, 12 (I, 212, 22) . . . ἴσον ἔσται τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῶν, αἷς αἱ παράλληλοι ἤχθησαν.

Aliud, quod huc pertinet exemplum, III, 24 (I, 372, 18), modo laudavimus.

3. Nominativus casum defendit in enuntiatis sequentibus, quae sunt generis attributivi.

α) Nominativus non in genetivum abit.

I def. 1 (I, 6, 2) Ἐὰν ἀπό τινος σημείου πρὸς κύκλου περιφέρειαν, ὅς οὐκ ἔστιν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ, εὐθεῖα ἐπιζευχθεῖσα ἐφ' ἑκάτερα προσεκβληθῇ . . . Similis locus exstat II, 49 (I, 274, 9).

I, 11 (I, 38, 8) . . . καὶ ἄλλης τινὸς εὐθείας, ἣ λόγον ἔχει πρὸς τὴν μεταξὺ τῆς τοῦ κώνου γωνίας καὶ τῆς κορυφῆς τῆς τομῆς . . .

β) Neutrum genus non in dativum mutatur.

I, 56 (I, 178, 23) . . . τέτμηται δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τῷ διὰ τῶν ΑΚ, ΚΜ, ὅ ἐστι τὸ ὑποκείμενον . . .

Octo igitur locis addito eo, qui in Pappi collectione servatus est, Apollonius pronomen relativum assimilavit, qui uno excepto sunt generis attributivi. Quinquies accusativus assimilationem passus est, atque is quater neutrius generis, semel feminini, ter nominativus. Uno loco ὧν in assimilatione cernitur, duobus ἧς, quinque οὗ. Semper praedicatum enuntiationum attractarum in indicativo positum est. At occurrit nobis haud parvus numerus enuntiationum relativarum, quarum pronomen, quamquam assimilationi idoneae erant, integrum remansit. Quae cum ita sint, Apollonium ad eam non valde propensum fuisse statuendum est[1]).

§ 4. De assimilationis usu Philoniano.

Philo Byzantius iisdem ferme fuit temporibus quibus Apollonius. Maior pars operis eius, quod inscribitur μηχανικὴ σύνταξις, interiit; solus liber quartus et reliquiae eorum librorum, qui sequebantur, ad nostram aetatem venerunt[2]). Servata sunt etiam pneumatica in Latinum conversa, quae edidit Schmidtius[3]).

I. Vertamus nos ad vulgare assimilationis genus, quod exstat locis his.

Nullus alius casus nisi accusativus in assimilatione cernitur. Quae exstant exempla sunt attributivi generis.

---

[1]) Apud Apollonium Pergaeum

I. assimilatio vetustissima admissa est locis, qui insequuntur.

Assimilationi succubuit pronomen

ὁποιοσοῦν II, 22 (I, 232, 9); II, 23 (I, 234, 5; 12); fr. 18 (II, 112, 9);

ὁσοσοῦν fr. 24 (II, 116, 25);

ὁποτεροσοῦν I, 2 (I, 10, 16; 22); I, 51 (I, 154, 10); III, 18 (I, 354, 5); III, 51 (I, 434, 14);

ὁπότερος I, 29 (I, 88, 21); III, 5 (I, 326, 3); III, 11 (I, 334, 18); III, 14 (I, 340, 6); III, 15 (I, 342, 13); fr. 16 (II, 110, 23).

II. Assimilatio vetustissima omissa est.

Integrum remansit pronomen

ὅστις I def. 4 (I, 6, 23);

ὅσπερ I, 6 (I, 22, 15).

[2]) Utor editione, quam curavit R. Schoene, Berolini 1893.

[3]) Heronis Alexandrini opera quae supersunt omnia, Lipsiae 1899, tom. I, 458 sqq.

α) Accusativus in genetivum traductus est.

p. 86, 18 . . . . . τούτων δὲ
ὧν δεδηλώκαμεν πασῶν τῶν πυργοποιῶν ἐν
αὐτῷ σοι βιβλίῳ τὰ σχήματα γέγραπται.

Quamquam ne femininum quidem genus casum defendere potuit, tamen hoc loco facillime assimilatio pronomine potiri potuit, praesertim cum enuntiatum relativum inter attributum et nomen positum sit, quae positio ante omnia ansam ad pronomen assimilandum dedit. Praeterea enuntiatio relativa ex obiecto et praedicato constat, quod verbum dicendi in indicativo positum est.

p. 102, 40 . . . ἢ εἰς κύστιν ὧν βούλεταί
⟨τις⟩ γραφέντων, εἶτα εἰς λήκυθον καινὴν σύμμετρον
τῇ κύστει τεθείσης . . .

Enuntiatum relativum e subiecto, obiecto, praedicato constat. Cum pronomen neutrius generis et praedicatum sit forma verbi βούλεσθαι[1]) in indicativo posita, facile pronomen converti potuit. Notio, ad quam pertinet enuntiatio relativa, eam ipsam subsequitur. Quomodo fit, ut haec notio et enuntiatum relativum in unum corpus confundantur. Enuntiatum relativum talem in modum positum vi aliquantisper privatum esse apparet.

p. 77, 9 Ὑπάρχοντος οὖν οἵου λέγομεν τοῦ ὀργάνου . . .

Haec enuntiatio relativa, quae pronomine et praedicato circumscripta est, similiter posita est atque enuntiationes, quas modo protulimus. Praedicatum est verbum dicendi eiusque modus est indicativus, pronomen autem amplius neutrius generis. Agitur vero de enuntiatione formulae instar usurpata, quae etiam in lingua Latina assimilationem passa est[2]).

p. 81, 6 Ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς πύργους οἰκοδομήσωμεν
ἐκ λίθων οἵων εἰρήκαμεν . . .

Quamquam pronomen est masculini generis, tamen ob eas, quas modo diximus, causas facile casus pronominis mutari potuit. In hac quoque enuntiatione relativa pronomen amplificatum οἷος assimilationi succubuit.

p. 66, 31 πλινθίον πήγνυται
ἐκ σανίδων πτελεΐνων ἢ μελεΐνων ἢ οἵων ἄν τις
ἕληται τῆς ὄψεως ἕνεκεν καὶ ἰσχύος ἅμα . . .

[1]) Cf. Foerster, l. c. p. 40.
[2]) Cf. Foerster, Jahrb. f. kl. Phil. Suppl. XXVII, 175 sqq.

Enuntiatum relativum, cuius pronomen est feminini generis, et cuius praedicatum coniunctivum ἄν particula addita exhibet, ad nomen attributis definitum refertur. Tamen enuntiatum relativum in huius nominis potestatem redactum est, quod attributi, ut πτελεΐνων, μελεΐνων, locum obtinet.

β) Accusativus induit formam dativi.

p. 104, 3 φράξον ταῖς ὁλκάσιν ⟨ἢ⟩ ὅσοις ἂν ἔχῃς ἐπι-
τηδείοις πρὸς ταῦτα πλοίοις . . .

Quo loco una cum assimilatione cernitur incorporatio. Cum pronomen sit neutrius generis et praedicatum verbum habendi et — quod est gravissimum — positio enuntiati relativi assimilationi quam maxime idonea, pronomen ei succubuit, quamquam praedicatum coniunctivo continetur ἄν particula adiecta.

II. Nunc agamus de omissa vulgari assimilatione

1. atque primum de accusativo non assimilato.

Leguntur duo enuntiata attributivi generis, quorum pronomen assimilationi restitit.

p. 77, 42 . . . καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς σύριγγος τῆς
κρουομένης ταῖς χερσίν, ἣν λέγομεν ὕδραυλιν . . .

Pronomen relativum feminini generis sing. a notione, ad quam spectat, attributo iam definita duobus vocabulis seiunctum est, id quod membra sententiae non arte inter se cohaerere demonstrat. Gravissimum autem est, quod una cum pronomine etiam accusativum ὕδραυλιν commutari necesse erat. Quae causae ad assimilationem praetermittendam sufficiebant.

p. 96, 29 . . . δεῖ μάλιστα μὲν ἑορτῆς οὔσης
ἣν ἄγουσιν ἔξω τῶν πυλῶν . . .

2. Dativus assimilationi restitit in his duobus enuntiatis attributivis

p. 59, 14 . . . διά τε τῶν μηχανικῶν ἀποδείξεων καὶ
τῶν φυσικῶν λόγων, οἷς εὖ ποιήσεις προσσχὼν καὶ
πάνυ ἑαυτὸν ἐπιστήσας.

Pronomen relativum e participio pendens ad duo nomina spectat, quae genere inter se differunt.

p. 93, 32 Καὶ οἷς ἂν ἀπιστῇς τῶν στρατιωτῶν ἢ τῶν
πολιτῶν, ὀρθῶς ἔχει μεταλλάσσειν αὐτῶν τὰς
ἐκκοιτίας καὶ τὰς φυλακὰς καὶ . . .

Quod enuntiatum relativum attractionem effugit, cum notioni, ad quam spectat, totum praepositum sit.

3. Nominativi non assimilati exstant exempla duo.

p. 63, 1 τῶν[σύνταξιν] γὰρ ἀρχαίων ὀργάνων, ὅσα κατὰ τὴν αὐτὴν σύνταξιν πεποίηται . . .

p. 102, 23 ⟨ἢ⟩ τοῖς ἀγκίστροις τοῖς σιδηροῖς, ἅπερ ἐπὶ καλωδίων ⟨πρὸς τὰς ἐπάλξεις⟩ ἐπιρρίπτεῖται ἅμματα ἐχόντων . . .

Leguntur apud Philonem sex enuntiata relativa attracta, quae sunt generis attributivi. Forma ὧν duobus locis assimilatione effecta est; ex his duobus locis unus est neutrius generis, unus feminini. Bis οἵων in assimilatione occurrit: uno loco masculini generis, uno feminini. Semel οἵου, semel ὅσοις in assimilatione cernitur; utraque forma est neutrius generis. Saepius igitur pronomen relativum amplius assimilationi obnoxium factum est quam pronomen simplex. Nunquam nominativus, nunquam dativus assimilatus est. Quater praedicatum enuntiationum attractarum indicativum exhibet, bis coniunctivum; semper repraesentatur verbo, quod assimilationi favet, saepissime verbo dicendi. Cum accusativus pronominis relativi tantum bis assimilationem effugerit, colligi videtur posse Philonem assimilationem pronominis relativi in hoc casu positi haud sprevisse; sed dubitari potest, utrum res ita se habeat an aliter, cum maior pars operis Philoniani interierit[1]).

§ 5. De Hipparchi assimilationis usu.

Hipparchum Nicaeensem secundo saeculo a. Chr. n. vixisse ostendit Manitius[2]). Ex omnibus operibus, quae celeberrimus ille astrologus composuit, commentarius in Arati et Eudoxi phaenomena ita, ut auctor conscripsit, ad nostram aetatem per-

[1]) Apud Philonem Byzantium

I. haec exstant exempla assimilationis vetustissimae:

Assimilatum est pronomen

ὁπηλίκος ποτ' οὖν p. 56, 4;

ὁστισοῦν p. 80, 6: 7.

II. Assimilatio omissa est.

Casum suum defendit pronomen

ἡλίκος p. 52, 36;

ὅσος p. 65, 7; 76, 29: 82, 47; 94, 15; 97, 1; 101, 25; 103, 23.

[2]) Hipparchi in Arati et Eudoxi phaenomena commentariorum l. III ed. C. Manitius, Lipsiae 1894, p. 282.

venit. Quo in opere utrum Hipparchus assimilationem pronominis relativi adhibuerit necne, nunc cognoscamus. Nam in siderum indice edito a Bollio[1]) neque assimilatio admissa neque omissa apparet.

I. Agedum inspiciamus locos, quibus assimilatio vulgaris admissa est.

Nullus alius casus nisi accusativus assimilatione convertitur.

a) De genere substantivo.

II, 1, 18 (130, 22) δόξαι δ' ἂν ἐμφαίνειν τοῦτο καὶ ἐξ ὧν περὶ τοῦ Λέοντος λέγων φησίν

Qua in enuntiatione relativa accusativus neutrius plur. in genetivum conversus est. Enuntiatio relativa, quae e praepositione pendet, constat ex obiecto, praedicato, attributo praedicativo; λέγων ad ipsa Arati verba spectat, quae sequuntur. Facile fieri potuit, ut pronomen casum mutaret; nam est neutrius generis plur. et praedicatum, quod indicativum exhibet, est verbum dicendi.

b) De genere attributivo.

II, 1, 22 (132, 28) ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς φησιν ἐν τῷ ἑτέρῳ τῶν διὰ τῶν πόλων κύκλων κεῖσθαι σὺν τοῖς ἄλλοις οἷς ἐξαριθμεῖται, καὶ τὰ μέσα τῶν Χηλῶν κατὰ πλάτος καὶ τοῦ Κριοῦ τὰ νῶτα κατὰ πλάτος.

Quo in enuntiato ἐξαριθμεῖσθαι medium, non passivum est ut loco, qui exstat

II, 2, 4 (138, 5) Ὁ δὲ Εὔδοξος ἐξαριθμούμενος, ὅσα ἐστὶν ὑπὲρ γῆς τοῦ Καρκίνου ἀρχομένου ἀνατέλλειν . . .

Enuntiatum relativum obiectum et praedicatum continet, quod in indicativo positum verbum dicendi est. Pronomen est neutrius generis plur. Quae cum ita sint, accusativus pronominis relativi facile dativi formam induit, praesertim cum notio ἄλλος determinatione indigeat.

II. Locis, quibus assimilatio vulgaris exstat, inspectis consideremus eos, quibus omissa est.

1. Accusativus integer remansit. Omnia enuntiata sunt generis attributivi.

a) Accusativus non in genetivum abiit.

[1]) Fr. Boll, „Die Sternkataloge des Hipparch und des Ptolemaeus" in Bibl. Math. 2_3 (1901), p. 185 sqq. Cf. E. Maass, „Aratea" (Philol. Unters. vol. 12), Berolini 1892, p. 373 sqq.

I, 3, 4 (24, 22) τοιαύτην οὖν ἔχοντος τοῦ Ἀττάλου τὴν διάληψιν, ὅσα ἂν ἀποδεικνύωμεν τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀράτου καὶ Εὐδόξου κοινῶς λεγομένων διαφωνοῦντα πρὸς τὰ φαινόμενα, δεῖ διαλαμβάνειν καὶ τὸν Ἄτταλον περὶ τῶν αὐτῶν διημαρτημένως συναποφαινόμενον.

Haec enuntiatio relativa nullo modo attrahi potuit, cum pronomen relativum tot vocibus intermissis antecedat notionem, ad quam refertur.

I, 10, 15 (106, 3) ἰδίᾳ δὲ ὁ Εὔδοξος τὸν αὐχένα τοῦ Ὄφεως, ὃν ἔχει ὁ Ὀφιοῦχος, καὶ τὴν δεξιὰν χεῖρα τοῦ Ἐνγόνασί φησιν ἐπὶ τοῦ τροπικοῦ κεῖσθαι . . .

Assimilationem omissam esse puto, quod hoc loco Ὄφις nominis proprii vices gerit et enuntiatio relativa ad notionem Ὄφεως intellegendam vix necessaria est. Accedit quod pronomen est masculini generis. Enuntiata simillima leguntur II, 2, 10 (140, 18); II, 2, 52 (162, 2); II, 2, 56 (162, 24); II, 5, 5 (190, 1); II, 5, 16 (198, 28); III, 1, 7 (224, 16); III, 2, 1 (232, 22); III, 4, 3 (260, 16).

III, 1, 5 (222, 6) Τοῦ δὲ Θηρίου ἀνατέλλοντος, ὃ ἔχει ὁ Κένταυρος, συνανατέλλει . . . Enuntiatio similis non attracta exstat III, 2, 5 (234, 13).

Assimilatio omissa causis, quas modo protulimus, explicatur.

I, 5, 21 (54, 6) οἱ γὰρ πλεῖστοι τῶν ἐν αὐτῇ δεικνυμένων λαμπρότεροί εἰσι τῶν ἐν τοῖς ὤμοις τοῦ Ὀφιούχου, οὓς φησι καὶ ἐν τῇ πανσελήνῳ ἐκφανεῖς εἶναι . . .

Haec enuntiatio relativa vix idonea erat, quae assimilaretur; nam primum notio, ad quam pertinet, iam attributis determinata est, deinde pronomen, quod masculini generis est, subiectum accusativi cum infinitivo est, denique adiectivum praedicativum in genetivum converti necesse erat.

I, 3, 2 (24, 11) . . . πλὴν ἐφ' ἑνὸς καὶ θατέρου, ἃ δὴ καὶ ὑποδείξομεν ἐν τοῖς ἑξῆς.

Enuntiatum relativum attractionem effugit, cum pronomen ad duo vocabula referatur, a quibus numero abhorret.

b) Accusativus non in dativum abiit.

II, 1, 16 (130, 8) . . . τὸν δὲ ζῳδιακὸν ἐν τῇ τοιαύτῃ περιφερείᾳ τοῦ ὁρίζοντος τὰς ἀνατολὰς καὶ δύσεις ποιεῖσθαι, ἡλίκην παραχωρεῖ ἐν αὐτῷ ἀπὸ τῆς τοῦ Αἰγόκερω ἀνατολῆς ἕως τῆς τοῦ Καρκίνου ἀνατολῆς.

Assimilatio omissa est, cum notio, ad quam enuntiatio relativa pertinet, longius a pronomine distet, quam ut in casum suum arripere possit. Praeterea pronomen est feminini generis. Accedit quod in enuntiato relativo vis quaedam inest, ut attractioni resistere possit.

I, 4, 17 (42, 1) οἱ ἐν τῷ Ὄφει ἀστέρες, ὃν ἔχει ὁ Ὀφιοῦχος, οὐ λειπόμενοί εἰσι τῇ λαμπρότητι τῶν ἐν τοῖς ὤμοις.

Quo loco codices LP^3MV ὧν ἔχει, codices Vat. P^1P^2 ὧν ἔχεται praebent. Utramque lectionem pravam esse nemo negabit; nam ὧν ad vocem ἀστέρες referri necesse erat; sed, cum sit obiectum pendens e verbo ἔχει, quo modo in genetivum converti potuit? Si in libris ᾧ scriptum inveniremus, structura intellegi posset: dativus τῷ Ὄφει accusativum ὃν in ditionem redegisset. Quominus autem ᾧ in textu ponamus, impediunt loci, quos protulimus enuntiationem considerantes, quae cernitur I, 10, 15 (p. 56); semper enim dicit Hipparchus τοῦ Ὄφεως, ὃν ἔχει ὁ Ὀφιοῦχος. Itaque Manitius ὃν recte in verborum ordinem recepit, id quod etiam enuntiata luculenter demonstrabunt, quae insequuntur:

III, 5, 21 (278, 21) ἀφορίζει περὶ μέσον τὸν Ταῦρον τῶν ἐν τῇ δορᾷ, ἣν ἔχει ὁ Ὠρίων ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρί, ὁ τέταρτος καὶ ὁ ἕβδομος . . .

III, 5, 19 (278, 16) . . . ἀφορίζει ὁ λαμπρότατος τῶν ἐν τῷ γοργονίῳ, ὃ ἔχει ὁ Περσεὺς ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρί.

Assimilationes omissae iisdem fere causis explicari possunt, quibus assimilatio omissa, quae exstat I, 10, 15.

2. Dativus assimilationem effugit in hoc enuntiato relativo attributivi generis:

II, 2, 15 (144, 6) τοῦ δὲ Καρκίνου ἀρχομένου ἀνατέλλειν, ὅς ἐστι λοιπὸς τῶν τεσσάρων ζῳδίων, οἷς ἀντικαταδύνει καὶ κατ' αὐτὸν ὁ Ἀρτοφύλαξ . . .

Qua in enuntiatione exstat etiam exemplum omissae assimilationis nominativi. Dativus assimilationem effugit, cum enuntiatum relativum vi quadam praeditum sit.

3. De nominativo non assimilato agitur.

Omnia enuntiata generis attributivi sunt.

a) Nominativus non in genetivum traductus est.

I, 2, 16 (18, 20) καὶ ἄλλων δὲ πλειόνων ὄντων, ἅπερ ἂν δόξειεν οἱονεὶ παραγεγράφθαι . . .

I, 10, 1 (96, 13) Περὶ δὲ τῶν ἀστέρων, οἳ κεῖνται ἐφ' ἑκατέρου τε τῶν τροπικῶν καὶ ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ, γράφει ὁ Ἄρατος . . . Enuntiatum simile legitur II, 1, 21 (132, 19).

III, 5, 6 (272, 22) . . . ὁ ἐχόμενος τῶν ἐν τῷ νοτιωτάτῳ μέρει τοῦ θύρσου λαμπρῶν καὶ ὡς ἡμιπήχιον διεστηκότων, οἳ κεῖνται κατὰ μέσον πως τὸ στῆθος τοῦ Κενταύρου. Locus similis legitur III, 5, 8 (274, 11).

b) Nominativus neutrius generis non in dativum abiit.

I, 6, 1 (54, 21) . . . ἐν μὲν τῷ ἑνὶ συντάγματι, ὃ ἐπιγράφεται Φαινόμενα . . . Locus similis exstat II, 3, 29 (178, 20).

Cum Hipparchus assimilationem pronominis relativi minime gratam habuerit et nominativus se fortiter defendat, hunc casum nunquam assimilationi obnoxium factum esse non mirabimur. Sed accedit aliud: in novissimo enuntiato relativo et in eo, quod huic simillimum est, etiam attributum mutari necesse erat et in enuntiationibus relativis, quae leguntur I, 10, 1 et II, 1, 21, forma genetivi nimis crebro exsisteret, id quod perspicuitati sententiae noceret.

Enuntiatis, in quibus assimilatio pronominis relativi aut exstat aut omissa est, prolatis Hipparchum eam haud gratam habuisse apparet. Nullus alius casus nisi accusativus assimilationi obnoxius factus est; semper pronomen est neutrius generis plur., semper praedicatum in indicativo positum est verbum dicendi. Semel ὧν in assimilatione occurrit, semel οἷς. In utraque enuntiatione facillime pronomen mutari potuit[1]).

§ 6. De Heronis assimilationis usu.

Cuinam aetati Hero Alexandrinus tribuendus sit, viri docti inter se discrepant. Schmidtio[2]) Maassioque[3]) non assentior, sed

[1]) Apud Hipparchum exstant haec exempla

I. assimilationis vetustissimae admissae:

Cernitur in assimilatione pronomen
οἱοσδήποτε II, 4, 5 (184, 18).

II. Loci, quibus omissa est.

Non assimilatum est pronomen
οἷος I, 8, 12 (80, 15);
ὅσος II, 2, 4 (138, 5).

[2]) Heronis Alexandrini opera quae supersunt omnia, Lipsiae 1899. tom. I pr. c. I.

[3]) Philol. LIX, 605.

„Heronem neque ante secundi a. Chr. n. saeculi partem alteram neque multo post primum a. Chr. n. saeculum medium floruisse" a Rudolpho Meiero[1]) evictum esse puto. Ad eundem fere exitum pervenit iam quattuor annis ante Tittelius[2]). Haud parva pars operum Heronis ita, ut composuit, ad nostram aetatem venit: belopoeica[3]), geometria, geodaesia, stereometricorum l. II, mensurae, liber geeponicus, quae edidit Hultschius[4]); praeterea exstant pneumaticorum l. II et περὶ αὐτοματοποιητικῆς[5]), mechanicorum fragmenta[6]), dimetiendi rationum l. III et περὶ διόπτρας[7]).

I. Quibus in operibus assimilatio vulgaris admissa est locis, qui sequuntur.

1. Accusativus assimilationi obnoxius fit.

a) Generis substantivi haec enuntiata sunt.

α) Accusativus in genetivum abit.

de aut. XX, 5 (410, 1) διὸ δὴ οὐ παρῃτησάμεθα τὰ ὑπ' αὐτοῦ περὶ ὧν εἴπομεν γεγραμμένα.

Facile assimilatio adhiberi potuit; nam pronomen est neutrius generis plur., praedicatum indicativo continetur et est verbum dicendi.

β) Accusativus in dativum traducitur.

def. 59 (21, 4) Καθόλου δὲ γνώμων ἐστὶ πᾶν ὃ προσλαβὸν ὁτιοῦν [ἀριθμὸν ἢ] σχῆμα ποιεῖ τὸ ὅλον ὅμοιον ᾧ προσείληφεν.

Accusativus neutrius generis pronominis relativi in dativum traductus est, id quod facile fieri potuit, cum enuntiatum relativum, quod ex obiecto et praedicato in indicativo posito constat, ad vocem ὅμοιον intellegendam necessarium sit.

b) Attributi vices gerunt haec enuntiata:

α) accusativus in genetivum abiit.

de aut. VII, 1 (362, 7) ἡ δὲ ΕΖ διάμετρος ἔστω ἑνὸς τῶν τριῶν ἡλίκου ἂν προαιρώμεθα.

dioptr. 21 (256, 21) ἀπέλαβον οὖν ἀπὸ τοῦ Ε ἐν ἐπιπέδῳ εὐθεῖαν τὴν ΕΔ πηχῶν ὅσων ἐὰν βούλωμαι, ἔστω δὴ πηχῶν φ . . .

[1]) De Heronis aetate, Lipsiae 1905. [2]) Rhein. Mus. LVI, 404.

[3]) Edd. Koechly et Ruestow, Lipsiae 1853.

[4]) Heronis Alexandrini geometricorum et stereometricorum reliquiae Berolini 1864.

[5]) Op. omn. tom. I.

[6]) Ibid. tom. II, 256 sqq. edita a Schmidtio, Lipsiae 1901.

[7]) Ibid. tom. III edita ab Hermanno Schoene, Lipsiae 1903.

In utraque enuntiatione relativa assimilationem pronomine amplificato potitam esse apparet, quod in illa est neutrius generis, in hac feminini. Praedicatum utriusque enuntiati relativi coniunctivum exhibet, sed est verbum, quod assimilationi favet. ἐάν pro ἄν saepius in Heronis operibus scriptum invenimus.

dim. rat. II, 7 (112, 8) ἐκ γὰρ τοῦ λόγου οὗ ἔχει μία πλευρὰ τῆς βάσεως πρὸς τὴν ὁμόλογον ἐν τῇ κορυφῇ οὖσαν, λέγω δὲ τῇ ἐφέδρᾳ, εὑρεθήσεται . . .

Omnium mathematicorum, quorum opera adhuc perlustravimus, Hero primus talem enuntiationem assimilavit. Pronomen huius maiore vi praediti enuntiati est masculini generis sing., sed enuntiatum relativum artissime cohaeret cum notione, ad quam pronomen refertur; accedit quod praedicatum indicativo continetur et verbum habendi est.

pneum. I, 6 (54, 4) . . . τὸ δὲ θῆλυ τὸ ΥΦ πρότερον προσκεκολλημένα ἀγγειδίῳ τινὶ τῷ ΧΨ χωροῦντι ὀλίγῳ τινὶ πλέον οὗ χωρεῖ ὁ σίφων ὕδατος.

dioptr. 10 (224, 17) ἔστησα τὴν διόπτραν ἐφ' οὗ βούλομαι σημείου.

pneum. II, 30 (296, 3) καὶ οὗ ἐὰν βουλώμεθα μέτρου τὰ αὐτὰ ποιήσομεν . . .

Quibus in enuntiationibus relativis una cum assimilatione cernitur incorporatio. Quamquam in novissimo enuntiato praedicatum exhibet coniunctivum, tamen pronomen assimilationi facile succumbere potuit; nam est neutrius generis et positio enuntiationum relativarum ad pronomen assimilandum maxime idonea.

β) Accusativus dativi formam induit.

de aut. XV, 2 (392, 5) γενηθὲν δὲ τὸ πλέγμα ἐκ στεφάνων τετραγώνων πλοκῇ οἵᾳ ἐάν τις βούληται καὶ πρὸς ὄψιν εὐαρμόστως . . .

Enuntiatum relativum, in quo pronomine amplificato assimilatio potita est, subiectum, obiectum, praedicatum in coniunctivo positum continet. Tamen facile attrahi potuit, cum notionem, ad quam spectat, ipsam sequatur et praedicatum forma sit verbi βούλεσθαι. Gravissimum autem est, quod enuntiatum relativum artissime cohaeret cum notione, ad quam spectat.

dioptr. 22 (260, 8) ἡ δὲ ΓΔ ἤχθω παράλληλος ᾗ βουλόμεθα εὐθείᾳ . . .

Qua in enuntiatione omnia, quae assimilationi favent, ad pronomen ex accusativo in dativum traducendum adiuvant.

pneum. I, 24 (118, 24) . . . τοσοῦτον διὰ κρουνοῦ ληψόμεθα κεκραμένον ᾧ ἐὰν βουλώμεθα εἶναι λόγῳ.

Cum positio enuntiati relativi ad assimilandum pronomen quam maxime idonea sit, hoc loco subiectum accusativi cum infinitivo in dativum mutatum est.

2. Nominativus assimilatus est.

def. 124 (35, 8) . . . ὅταν τὰ τοῦ πρώτου καὶ τοῦ τρίτου ἰσάκις ᾖ πολυπλάσια τῶν τοῦ δευτέρου καὶ τετάρτου [ἄλλων ὧν ἔτυχεν] ἰσάκις πολυπλασίων

Pronomen est neutrius generis plur., praedicatum indicativum exhibet et est verbum intransitivum. Enuntiata similia attracta esse ab Apollonio supra cognovimus (p. 48/9). Sed verba ἄλλων ὧν ἔτυχεν uncis inclusit Hultschius, propterea quod ea omisit Euclides 5 def. 6.

3. Assimilatio non exstat.

mech. frg. III, 2 (296, 1) ξύλον εὔτονον λαμβάνεται ὕψος ἔχον μεῖζον ἢ οὗ βουλόμεθα τὸ φορτίον μετεωρίσαι . . .

Quo loco οὗ e τὸ φορτίον pendet.

II. Sequuntur loci, quibus assimilatio vulgaris omissa est.

1. Accusativus non assimilatus est in his enuntiatis relativis attributivis.

α) Accusativus non induit formam genetivi.

pneum. I, 19 (102, 20) Κρατῆρος ἐπικειμένου ἐπί τινος βάσεως πλήρους ὄντος οἴνου, ὅσον ἐάν τις ἐξ αὐτοῦ ἀρύσηται, πάλιν πλήρης ἔσται ὁ κρατήρ.

Omissa est assimilatio, quod pronomen amplificatum non cohaeret cum notione, ad quam spectat. Accedit quod pronomen est masculini generis et praedicatum coniunctivum exhibet.

dioptr. 35 (306, 17) ἐὰν δὲ τὸ ,Α σημεῖον ὑπερπίπτῃ τοῦ ⟨. . . .⟩ τῆς ὑπερπιπτούσης περιφερείας, ἣν θήσομεν τὴν Γ . . .

pneum. II, 15 (244, 4) . . . διά τινος ὀπῆς, ἣν μετὰ τὴν ἔγχυσιν ἀποστεγνώσομεν . . .

def. 127, 4 (37, 8) Διελόντι λόγος ἐστὶ λῆψις τῆς ὑπεροχῆς, ἣν ὑπερέχει τὸ ἡγούμενον τοῦ ἑπομένου πρὸς τὸ ἑπόμενον.

belop. c. 26, 7 συλλογισάμενος δὴ τά τε πάχη τῶν παραστατῶν καὶ τῶν μεσοστατῶν, οὓς δὴ ἀντιστάτας ἐπὶ τῶν παλιντόνων ἐκαλοῦμεν . . .

pneum. II, 17 (252, 11) . . . ἐπισπάσεται τήν τε σάρκα καὶ τὴν ὑπὸ τὴν σάρκα ὕλην διὰ τῶν ἀραιωμάτων τῆς σαρκός, ἃ δὴ ἀθεωρήτους πόρους καλοῦμεν.

In duobus novissimis enuntiatis relativis verbum καλεῖν accusativique praedicativi ex eo pendentes effecerunt, ut pronomen assimilationi resisteret. Aliis autem attractionibus omissis Heronem hanc proprietatem etiam in enuntiatis ad assimilationem idoneis evitavisse apparet.

β) Accusativus non in dativum traductus est.

dim. rat. II, 13 (122, 22) τριῶν γὰρ οὐσῶν ἐπιφανειῶν ἐν τῷ καλουμένῳ ἀναγραφεῖ, ὃν δή τινες καὶ ἐμβολέα καλοῦσιν . . .

pneum. I, 12 (80, 9) . . . σωλὴν διώσθω . . . συντετρημένος δὲ τῷ φιαλίῳ, ὃ κατέχει τὸ ζῴδιον κατὰ τὸ Θ.

2. Dativus assimilationi restitit. Omnia, quae huc pertinent, enuntiata sunt attributivi generis.

pneum. II, 34 (314, 4) ἀρθέντος γὰρ τοῦ ζῳδίου ἐκ τοῦ σωλῆνος, ᾧ ἐπίκειται, ἐγχέομεν δι᾽ αὐτοῦ τὸ ὑδάτιον.

pneum. II, 25 (276, 3) . . . καὶ θύρσου παρακειμένου, ᾧ ὑπόκειται ποτήριον πλῆρες ὕδατος . . .

dim. rat. III, 18 (172, 25) . . . ᾧ δὴ μεῖ⟨ζ⟩όν ἐστιν αὐτοῦ τὸ ΑΒΓ τμῆμα ἀνεπαισθήτου ὄντος ὡς πρὸς τὸν ὅλον κύκλον.

3. Sequuntur nominativi non assimilati exempla, quae omnia attributivi generis sunt.

a) Nominativus non in genetivum conversus est.

pneum. II, 36 (326, 14) . . . ὅπερ μέρος καταγόμενον ἐναρμόσει τοὺς ἰδίους ὀδόντας τοῖς ὀδοῦσι τοῦ Η κανόνος, ὅσπερ εἰς τὸ ὀπίσω παραγενόμενος ἐκδύσεται τοῦ ΑΒ σωλῆνος τὸν κύλινδρον . . .

def. 120, 2 (33, 22) ἀδύνατον γάρ ἐστιν ὑπὸ ταύτης τῆς γωνίας, ἥτις κερατοειδὴς καλεῖται . . . Loci similes apparent geom. 1, 10 (42, 5 Eucl.); geom. c. 99 (130, 17); dim. rat. I, 26 (68, 22).

geom. 4, 12 (48, 10) . . . καὶ τοῦ μεγάλου δακτύλου τῆς χειρός, ὃς δὴ καὶ λέγεται τέταρτον σπιθαμῆς, ἔχει δὲ δακτύλους γ'.

dim. rat. II pr. (94, 19) τοῦ δὴ τοιούτου σχήματος τὸ ὕψος πρὸς ὀρθὰς καλῶ τῇ βάσει· ὃ δὴ μετρεῖται τῷ προειρημένῳ τρόπῳ.

pneum. I, 12 (80, 12) ἐγκεχύσθω δὲ εἰς τὴν βάσιν διά τινος τρυπήματος τοῦ Μ ὑγρόν, ὃ μετὰ τὴν ἔγχυσιν ἀπεστεγνώσθω. Similes loci exstant I, 23 (118, 9); I, 37 (172, 10); I, 38 (178, 7); II, 1 (210, 5); II, 10 (228, 2); dioptr. 37 (312, 17).

pneum. I, 37 (172, 14) . . . τοῦ δὲ ἐν αὐτῷ ἀέρος χωροῦντος διὰ τοῦ ΕΖ σωλῆνος, ὃς χωρήσας εἰς τὸ ΑΔ ἀγγεῖον ἐκθλίψει τὸ ἐν αὐτῷ ὑγρὸν διὰ τοῦ ΚΛΜ σωλῆνος εἰς τὸ λουτηρίδιον.

mech. frg. II, 5 (282, 20) . . . ἡ δὲ ἑτέρα τῇ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ, ὅς ἐστιν βάσις τοῦ κυλίνδρου . . . Loci similes leguntur def. 29 (15, 17); geom. 35, 5 (73, 22), dim. rat. I, 33 (82, 15); III, 4 (148, 16).

dioptr. 35 (302, 3) Ὅσοι μὲν οὖν τόποι βαδίζεσθαι δύνανται, τούτων τὰ μήκη ἢ διὰ τῆς κατασκευασθείσης διόπτρας ἢ τοῦ ῥηθέντος ὁδομέτρου εὑρίσκεται.

b) Nominativus neutrius generis non in dativum conversus est.

de aut. IX, 5 (368, 14) τρυπήσομεν δὲ τὸν πυθμένα τῆς σύριγγος συμμέτρῳ τρυπήματι, ὃ κλειθρίῳ ἀνοιχθήσεταί τε καὶ κλεισθήσεται ἐκδεθὲν σπάρτῳ . . .

Scripta Heronis perscrutanti undecim enuntiata relativa attracta occurrunt, si praeterimus locum, quem Hultschius uncis inclusit, e quibus duo sunt substantivi generis. Duobus locis masculinum genus pronominis relativi assimilationi succubuit, tribus locis femininum genus, sex neutrum. Semper accusativus assimilatione conversus est, atque is quater in dativum, in genetivum septies. Singulis locis ὅσων (fem. gen.), ἡλίκου (neutr. gen.), ὧν (neutr. gen.), οἵᾳ, ᾗ, bis ᾧ (semel masc. gen., semel neutr. gen.) in assimilatione inveniuntur, quater οὗ (semel masc. gen., ter neutr.). Quinque locis praedicatum in coniunctivo positum est, sex locis in indicativo; semper fere verbum est tale, quale favet assimilationi, e. g. sexies praedicatum verbo βούλεσθαι formatum est[1]).

---

[1]) Apud Heronem locis sequentibus

I. assimilatio vetustissima admissa est.

Assimilatione mutatum est pronomen

οἱοσδηποτοῦν geom. c. 101, 6 (133, 1); c. 105, 3 (137, 7); stereom. I, 48 (169, 7); II, 8 (173, 19); l. geep. c. 169 (228, 32); dim. rat. I, 8 (18, 12); I, 26 (68, 6); II pr. (94, 7); II, 5 (102, 5); III, 20 (176, 4); dioptr. 13 (234, 7; 14).

οἱοσδήποτε l. geep. c. 162 (227, 20); dim. rat. II, 7 (112, 7).

οἷος δή τις stereom. II, 39 (186, 5).

οἷος belop. c. 8 lin. 8; c. 17, 1.

ὁποιοσοῦν defin. 7 (9, 14).

§ 7. De assimilationis usu Nicomacheo.

Venimus ad Nicomachi Geraseni opera, quae inscribuntur ἀριθμητικὴ εἰσαγωγή[1]) et ἐγχειρίδιον ἁρμονικῆς[2]). Quamquam haec saepius explanata magnique pretii existimata sunt[3]), tamen aetas mathematici illius neque certis finibus circumscribi neque quicquam de vita eius dici potest. Anno fere centesimo p. Chr. n. eum floruisse affirmat Hochius[4]), „in medio saeculo altero p. Chr. n. Nicomachi aetatem recte poni“ putat Ianius[5]), qui pergit „dici quidem potest, quod Ptolemaei de musica libros ignoret, ante huius tempora Gerasenum scripsisse et ad saeculi initium esse removendum“, id quod verisimilius videtur esse, cum Apuleius Madaurensis τὴν εἰσαγωγήν in Latinum verterit.

Videamus igitur, ut propositum erat, qualis apud eum fuerit usus assimilationis pronominis relativi.

I. Assimilatio vulgaris admissa est.

1. De accusativo pronominis relativi mutato. Exstat unum exemplum attributivi generis.

harm. 3 (242, 11) περὶ ὧν ἀκριβέστερον καὶ μετὰ γραμμικῶν καὶ ἀριθμητικῶν ἀποδείξεων πληρέστατά σοι βεβαιώσομεν ἐν οἷς προϋπεσχόμεθά σοι ὑπομνήμασι . . .

Quo loco una cum assimilatione cernitur incorporatio, cum nomen, ad quod enuntiatum relativum pertinet, cum hoc confusum sit. Enuntiatum relativum attributi vices gerit; nam e praepositione ἐν pendet vox ὑπομνήμασι, ad quam refertur enuntiatum

---

ὁποῖος de aut. XXIII, 6 (420, 8).
ὁπόσος pneum. I, 35 (164, 14).
ὁσοσδηποτοῦν pneum. I, 25 (126, 12).

II. Exempla assimilationis vetustissimae omissae.

Non assimilatum est pronomen

ὅστις geom. c. 35, 3 (77, 25); 36, 6 (80, 32); stereom. II, 2, 2 (173, 4; 6); II, 34, 2 (181, 31); II, 34, 3 (182, 5); pneum. II, 16 (248, 9); dioptr. 16 (242, 19).
ὅσπερ defin. 120, 4 (34, 4).
οἷος belop. c. 16, 15; 19, 9; dim. rat. II, 5 (102, 16).
ὁποῖος belop. c. 20, 12.
ὅσος pneum. I, 33 (152, 4; 156, 2); dim. rat. I, 39 (90, 4); dioptr. 3 (194, 12); 4 (200, 8).

1) Ed. R. Hoche, Lipsiae 1866.
2) Ed. C. Ian Musici Scriptores Graeci, p. 237 sqq.
3) Ian p. 213—214. 4) Edit. praef. p. IV. 5) L. c. p. 211.

relativum. Cuius indolis enuntiata afferunt e scriptis Platonis Cleefius[1]), e scriptis Aristotelis Schindler[2]), e scriptis Polybii et Dionysii Halicarnasei Roesler[3]). Enuntiata relativa talem in modum posita magis assimilationi apta sunt quam quae attributivi generis notionem, ad quam spectant, subsequuntur. Praeterquam quod positio enuntiati relativi ansam dat ad pronomen assimilandum, etiam id assimilationem adiuvit, quod pronomen est neutrius generis plur. praedicatumque in indicativo positum verbum dicendi est. Maximum autem est, quod vox ὑπομνήμασι, ut accuratius determinetur, enuntiato relativo indiget.

2. Nominativus in genetivum convertitur.

arith. I, 16, 4 (42, 1) . . . καὶ εὑρίσκω τὸν γ ἀριθμὸν ἐξ ὧν προαπεδείχθη πρῶτον καὶ ἀσύνθετον.

Enuntiatio relativa, quae, cum e praepositione pendeat, substantivi generis est, subiectum et praedicatum continet, quod in indicativo positum verbum dicendi passivum est. Pronomen est neutrius generis plur. Quae cum ita sint, facile fieri potuit, ut etiam nominativo assimilatio potiretur. Enuntiata relativa similia formularum vices gerentia etiam in lingua Latina attracta sunt[4]).

II. Assimilatio vulgaris omissa est.

1. Accusativus assimilationi restitit in his enuntiatis attributi vices gerentibus:

arith. I, 3, 5 (7, 5) καὶ Πλάτων δὲ ἐπὶ τέλει τοῦ τρισκαιδεκάτου τῶν νόμων, ὅπερ τινὲς φιλόσοφον ἐπιγράφουσιν . . .

Notio, ad quam pertinet enuntiatio relativa, iam genetivo determinata est. Una cum pronomine etiam φιλόσοφον in genetivum converti necesse erat. Praeterea enuntiatum relativum ad notionem, ad quam refertur, intellegendam vix necessarium est. Hae sunt causae, quibus assimilatio omissa explicatur.

arith. II, 28, 1 (140, 14) Καὶ τάδε μὲν περὶ τῶν παρὰ τοῖς παλαιοῖς θρυλλουμένων τριῶν ἀναλογιῶν, ἃς καὶ ἐπιτηδὲς σαφέστερον καὶ πλατύτερον διηρθρώσαμεν . . .

Etiam hoc loco notio, ad quam enuntiatio relativa refertur, attributis determinata est. Accedit quod pronomen est feminini generis et enuntiatum relativum vi quadam praeditum est.

2. Dativus non in genetivum traductus est in hoc enuntiato attributivo:

---

1) L. l. p. 13; 34. 2) L. l. p. 63; 69. 3) L. l. p. 43; 68; 73—74.
4) Cf. Foerster, Jahrb. f. kl. Phil. Suppl. XXVII, 175 sqq.

arith. I, 23, 9 (67, 14) . . . καὶ ἁπλῶς ἕκαστος ἀπ' ἐκείνου, ᾧ παρώνυμός ἐστιν.

3. Nominativus integer remansit. Omnia, quae huc pertinent, enuntiata relativa sunt generis attributivi.

arith. II, 4, 1 (78, 12) ἐν ᾧ κατὰ ταῦτα ὀψόμεθα τὸν μὲν πρῶτον τὸν γ ἑνὸς μόνου ἐπιτρίτου ἡγούμενον λόγου τοῦ δ πρὸς αὐτόν, ὅστις ἀποκλείει εὐθὺς ἑτέρου γένεσιν ὁμοίου.

arith. II, 17, 7 (111, 4) αὐτῶν δὲ τῶν κύβων ὅσοι πρὸς τῷ ἰσάκις ἴσοι ἰσάκις εἶναι ἔτι ἔχουσι καὶ τὸ ἀεὶ καταλήγειν κατὰ πᾶσαν πολυπλασίασιν εἰς τὸ αὐτό, ἀφ' οὗπερ ἤρξαντο, σφαιρικοὶ καλοῦνται . . .

harm. 12 (263, 22) . . . οὐκ εὐθὺς ἓξ τόνων ὡς οἱ νεώτεροι νομίζουσιν ἀποτελεῖται, ἀλλὰ πέντε τόνων καὶ δύο τῶν λεγομένων ἡμιτονίων, ἅπερ εἰ ὡς ἀληθῶς ἡμίση τόνων ὑπῆρχε, τί ἐκώλυε τόνον ἐξ αὐτῶν ἀποτελεῖσθαι καὶ ἓξ τόνων ὑπάρχειν αὐτήν;

harm. 3 (241, 23) ἀπὸ δὲ τῶν παρ' ἑκάτερον τοῦ μὲν ὑπὸ τὸν Κρόνον, ὅς ἐστι Διός, παρυπάτη. Similes loci leguntur ibid. p. 242, 2; 3; arith. II, 22, 2 (123, 3).

arith. II, 6, 1 (82, 20) ἃ δὲ χρὴ προεπισκοπῆσαι καὶ προθεάσασθαι, ἔστι περί τε γραμμικῶν ἀριθμῶν καὶ ἐπιπέδων καὶ στερεῶν, κυβικῶν τε καὶ σφαιρικῶν, καὶ ἰσοπλεύρων καὶ σκαληνῶν, πλινθίδων τε καὶ δοκίδων καὶ σφηνίσκων καὶ τῶν ὁμοίων, ἃ δὴ ἰδίως μὲν ἐν τῇ γεωμετρικῇ παραδίδοται εἰσαγωγῇ τοῦ πηλίκου οἰκειότερα ὄντα, σπερματικώτερον δὲ προσπαραλαμβάνεται ἐν τῇ ἀριθμητικῇ ὡσὰν μητρὶ καὶ ἀρχεγονωτέρᾳ ἐκείνης.

Leguntur etiam loci, quibus verba ὅ (ὅπερ) ἐστι formulae instar adhibentur discrepantia a casu et genere vocis, quae definitur.

arith. I, 1, 4 (3, 7) . . . συμβεβηκότως δὲ καὶ τῶν μετεχόντων αὐτῶν, ὅ ἐστι σωμάτων. Reliqui huius indolis loci cernuntur arith. I, 8, 13 (18, 16); I, 9, 4 (20, 11); I, 14, 2 (36, 20); I, 16, 4 (42, 10); harm. 12 (262, 13); arith. II, 5, 4 (81, 2); harm. 11, 4 (258, 10); 12 (262, 22).

Ut summam faciamus, haud ita multa enuntiata relativa invenimus, quae assimilationi idonea sunt, et duo, quorum pronomine assimilatio potita est: semel accusativus assimilatione conversus est in dativum, et uno loco nominativus in genetivum abiit. Formae pronominis relativi, quae in assimilatione cernuntur

sunt ὧν (neutrius generis) et οἷς (neutrius generis). Praedicatum enuntiationum, quarum altera substantivi generis est, altera attributi vices gerit, semper indicativum exhibet[1]).

§ 8. De Theonis assimilationis usu.

Iisdem fere temporibus atque Nicomachus fuit Theo Smyrnaeus, cuius opus περὶ τῶν κατὰ μαθηματικὴν χρησίμων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος ἀνάγνωσιν[2]) scriptum nobis traditum est. Qui quibus locis assimilationem pronominis relativi adhibuerit, quibus omiserit, nunc videamus.

I. De assimilatione vulgari admissa.

Nullus alius casus nisi accusativus assimilatur.

a) Generis substantivi haec enuntiata sunt:

α) Accusativus genetivi formam induit.

Primum afferamus enuntiatum, quod e verbo pendet.

p. 1, 11 . . . ὀρεγομένους δὲ τῆς γνώσεως τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ μὴ παντάπασιν ὧν ποθοῦσι διαμαρτεῖν . . .

Quo loco facile pronomen converti potuit; nam est neutrius generis plur., praedicatum, quod indicativo continetur, est verbum cupiendi[3]). Cum vero verbum διαμαρτεῖν definitione indigeat, fieri debuit, ut debile enuntiatum assimilaretur. Apud Platonem multi inveniuntur loci, qui huic similes sunt[4]).

Sequitur enuntiatum e praepositione pendens.

---

[1]) In Nicomachi scriptis

I. assimilatio vetustissima invenitur locis, qui sequuntur.

In assimilatione cernitur pronomen

ὁστισοῦν arith. I, 7, 4 (14, 2; 4); I, 13, 7 (33, 13); I, 17, 3 (44, 20); II, 2, 1 (74, 16); II, 12, 2 (96, 11); II, 14, 2 (103, 4); II, 14, 5 (104, 4); II, 17, 4 (110, 11); II, 23, 3 (124, 18).

οἱοσδήποτε arith. I, 22, 1 (59, 8); II, 2, 3 (75, 17).

ὁποτεροσοῦν arith. I, 8, 4 (15, 6); II, 29, 2 (145, 10).

ὁπότερος arith. I, 10, 8 (23, 22); harm. 5 (245, 11).

II. Assimilatio vetustissima omissa est.

Assimilationi non succubuit pronomen

ὅστις arith. II, 3, 3 (77, 2).

ὅσπερ arith. I, 15, 1 (38, 16); I, 15, 2 (38, 21); I, 16, 2 (39, 20).

οἷος arith. II, 15, 4 (106, 16).

ὅσος arith. II, 12, 5 (98, 6).

[2]) Utor editione, quam curavit Ed. Hiller, Lipsiae 1878.

[3]) Cf. Foerster l. l. p. 40. [4]) Cf. van Cleef l. l. p. 21—22.

p. 15, 18 ἀνάδεσιν· δὲ καὶ κατάστεψιν ἡγητέον τὸ ἐξ ὧν αὐτός τις κατέμαθεν οἷόν τε γενέσθαι καὶ ἑτέρους εἰς τὴν αὐτὴν θεωρίαν καταστῆσαι.

Enuntiatum relativum, quod nihil nisi subiectum, obiectum, praedicatum continet, e praepositione ἐξ pendet. Obiectum est pronomen relativum neutrius generis plur., praedicatum indicativum exhibet et est verbum sentiendi. Quae cum ita sint, assimilatio necessaria fuit. Locos Platonicos, qui cum nostro comparari possunt, collegit Cleefius[1]).

β) Accusativus in dativum traductus est.

Primo loco consideremus enuntiata relativa, quae e verbis pendent.

p. 16, 20 ῥᾷον γὰρ ἂν ξυνέποιτο οἷς παραδώσομεν.

Enuntiatum relativum, sine quo praedicatum sententiae superioris intellegi nequit, ex obiecto praedicatoque constat, quod indicativum induit. Pronomen enuntiati huius indolis, quippe quod parum habeat virium, in dativum traduci consentaneum est, praesertim cum sit pronomen neutrius generis plur. Platonem tales enuntiationes relativas, qualis haec est, assimilasse exemplis confirmavit Cleefius[2]).

p. 16, 17 μάλιστα μὲν οὖν χρὴ τὸν μέλλοντα οἷς τε ἡμεῖς παραδώσομεν οἷς τε Πλάτων συνέγραψεν ἐντεύξεσθαι διὰ γοῦν τῆς πρώτης γραμμικῆς στοιχειώσεως κεχωρηκέναι.

Enuntiata relativa, quorum utrumque e subiecto, obiecto, praedicato constat, e verbo ἐντεύξεσθαι pendent. Praedicatum utriusque enuntiati indicativum exhibet et est verbum assimilationi idoneum. Accedit quod pronomina sunt neutrius generis. Gravissimum autem est, quod verbum ἐντεύξεσθαι explicatione indiget. Enuntiata relativa geminata, quae assimilatione mutata sunt, etiam in Platonis scriptis inveniuntur, e. g. Menex. 244 B[3]); Epist. VII 337 D, Charm. 175 C[4]).

Sequitur enuntiatum relativum e praepositione pendens

p. 205, 5 ἃ καὶ περὶ τούτων ἐν κεφαλαίοις παραδείκνυσιν ὁ Θράσυλλος σὺν οἷς καὶ αὐτοὶ προεξειργάσμεθα δηλωτέον.

Etiam in hoc enuntiato assimilatio potita est neutro genere plur. Enuntiationem relativam, quae subiectum, obiectum, praedicatum in indicativo positum amplectitur, attractione conversam modo cognovimus. Exempla, quae protulit Cleefius, demonstrant in Platonis scriptis similes enuntiationes relativas attractas non deesse[1]).

b) Enuntiationes relativae, quae attributi vices gerunt, sunt hae:

p. 148, 13 φησὶ δ' ὅτι ὁ μὲν πᾶς κόσμος τοιοῦτός τε καὶ ἐκ τοσούτων καὶ τοιούτων συνεστηκὼς οἵων καὶ ὅσων διειλόμεθα ...

Qui locus notabilis est, quod casus pronominum amplificatorum se defendere non potuit, sed in casum notionum, ad quas referuntur, conversus est. Sed enuntiatum relativum nihil aliud continet nisi obiectum et praedicatum, quod indicativum exhibet, utrumque pronomen est neutrius generis. Gravissimum vero est, quod enuntiatum ad voces τοσούτων καὶ τοιούτων intellegendas necessarium est. Quam ob rem participium συνεστηκώς enuntiationem relativam a notionibus, ad quas spectat, secludens impedire nequivit, quominus pronomina assimilarentur.

p. 122, 13 ... φέρεται δ' αὐτῶν ἕκαστον κατὰ κάθετον, τουτέστιν ἴσας ποιοῦν γωνίας τὰς πρὸς τὴν τῆς γῆς ἐπιφάνειαν παρ' ἑκάτερα ἧς φέρεται γραμμῆς ...

Una cum assimilatione etiam incorporatio apparet. Enuntiatum relativum ante nomen, ad quod pertinet, sententiae superioris positum, ut enuntiatum relativum et hoc nomen in unum corpus confundantur, attrahi saepius cognovimus. Quo factum est, ut hoc loco ne femininum quidem genus assimilationi resistere posset. Etiam in Platonis scriptis leguntur enuntiata, quae ab eo, quod ante oculos habemus, non differunt[2]). Hoc autem loco accusativus pronominis relativi conversum esse docent p. 148, 15 ... φερόμενός τε φορὰν ἐγκύκλιον καὶ σφαιρικοῦ σχήματος οἰκείαν ὑπὸ τοῦ πρώτου locique alii, quibus eadem structura verbi φέρεσθαι apparet, 150, 22; 178, 12.

II. Quibus cognitis agamus de assimilatione vulgari omissa.

1. Accusativus integer remansit in his enuntiatis, quae attributi vices gerunt.

α) Accusativus non abit in genetivum.

[1]) L. l. p. 23—26. [2]) L. l. p. 35—36.
[3]) Cleefius l. l. p. 18. [4]) Ibid. p. 22.

[1]) Cleefius l. l. p. 34—35.
[2]) Ibid. l. l. p. 14.

p. 14, 10 . . . τοὺς περὶ ἁπάσης ἀρετῆς, ἣν ἂν ἐκμανθάνωσιν ὕστερον λόγους ἐνδείξοιντο ὥσπερ βαφήν . . .

Notio, ad quam pertinet enuntiatio relativa, sententiae superioris iam attributo determinata est; praeterea praedicatum enuntiati relativi coniunctivum induit ἄν particula addita; accedit quod pronomen est feminini generis. Simile enuntiatum relativum attractum est apud Platonem Pol. III 413 E[1]): . . . φύλαξ αὑτοῦ ὢν ἀγαθὸς καὶ μουσικῆς ἧς ἐμάνθανεν . . ., quamquam etiam apud hunc enuntiationes relativae attributi vices gerentes, quarum praedicatum coniunctivo continetur particula ἄν adiecta, rarissime attrahuntur; sunt enim e 106 exemplis huius generis non plus quam 6, in quibus praedicatum ἄν addito coniunctivum exhibet[2]).

p. 3, 5 . . . τέταρτον ἀστρονομίας, ἣν φησιν εἶναι θεωρίαν φερομένου στερεοῦ . . .

Pronomen relativum, cum sit subiectum structurae accusativi cum infinitivo atque sit feminini generis, difficilius assimilatione converti potuit. Deinde accusativum θεωρίαν in genetivum mutari necesse erat. Hae sunt causae, quibus attractio omissa satis explicatur. Legitur in Platonis Ione 535 E[3]) . . . ὁ θεατὴς τῶν δακτυλίων ὁ ἔσχατος ὧν ἐγὼ ἔλεγον ὑπὸ τῆς Ἡρακλειώτιδος λίθου ἀπ' ἀλλήλων τὴν δύναμιν λαμβάνειν enuntiatum relativum attractum, quod cum nostro comparari potest; huius quidem enuntiationis pronomen est masculini generis nullo attributo auctum. Dubitat Cleefius, locusne recte traditus an corruptus sit[4]). Sed bonam habet rationem et libri inter se congruunt. Propterea lectionem servandam esse puto.

p. 53, 3 . . . καθάπερ ὁ πῆχυς τοῦ κυρίως τοπικοῦ διαστήματος, ὃ φερόμενα τὰ σώματα διέξεισιν.

Omissa est assimilatio, cum notio, ad quam spectat enuntiatum relativum, attributo iam definita sit.

p. 36, 8 . . . ἀλλὰ καθ' ὁμοιότητα τῶν χωρίων, ἃ καταμετροῦσιν.

Quae assimilatio omissa etiam Theonem ad eam minus propensum fuisse demonstrat.

β) Accusativus non abit in dativum.

p. 67, 14 . . . ἐν λόγῳ δὲ εἶναι ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμόν, ὃν ἔχει τὰ σνϛ' πρὸς σμγ'. Locus similis legitur p. 86, 15.

[1]) Cf. van Cleef p. 13. [2]) Ibid. p. 17.
[3]) Ibid. p. 14. [4]) Ibid. p. 16.

Notio, ad quam pertinet enuntiatio relativa, sententiae superioris a pronomine quinque vocabulis dirempta est. Sed in enuntiato, quod invenitur p. 86, 15 ἐν λόγῳ, ὃν ἔχει τὰ σνϛ' πρὸς σμγ', pronomen notionem, ad quam refertur, ipsam subsequitur. Accedit quod pronomen est masculini generis, quod apud Theonem nunquam in assimilatione cernitur.

p. 46, 12 τὸ αὐτὸ δὲ καὶ τῷ ι' συμβέβηκεν, ὃν καθ' ἕτερον λόγον τέλειον ἔφασαν οἱ Πυθαγορικοί . . .

Una cum pronomine etiam vocem τέλειον in dativum abire necesse erat, sed nunquam Theo pronomen relativum attributo auctum assimilatione in alium casum traduxit. Huc accedit quod pronomen est masculini generis.

p. 62, 3 . . . ταῖς τῶν κατὰ ταύτας λόγων συνθέσεσί τε καὶ διαιρέσεσιν, ἃς πρόσθεν ἐμηνύσαμεν.

Quamquam pronomen relativum est feminini generis et ad notionem duplicatam spectat, tamen apud alios scriptores futurum fuisse ut hoc enuntiatum attraheretur puto, cum artissime cum notionibus antecedentibus cohaereat et parva vi praeditum sit et praedicatum assimilationi faveat. Simile enuntiatum attractum, quod in corpore Hippocratico exstat, supra (p. 10) laudavimus.

2. Dativus non assimilatus est. Omnia enuntiata sunt attributivi generis.

p. 148, 10 ὡς καὶ περὶ τούτων διορίζει ὁ Ἄδραστος εἰς τὸ τὴν διαφορὰν τῶν περὶ τοὺς πλάνητας ὑποθέσεων φανερὰν γίνεσθαι, αἷς ἕπεται τὰ φαινόμενα.

Duabus vocibus pronomen relativum, quod feminini generis est, a nomine suo, quod attributo iam definitum est, seiunctum est.

p. 16, 24 πρῶτον δὲ μνημονεύσομεν τῶν ἀριθμητικῶν θεωρημάτων, οἷς συνέζευκται καὶ τὰ τῆς ἐν ἀριθμοῖς μουσικῆς.

Dativum pronominis relativi a Theone nunquam assimilatum esse non mirabimur, cum, ut iam supra diximus, dativi illa assimilatio vel apud scriptores, qui hanc proprietatem in deliciis habent, rarius inveniatur; e. g. Platonis scripta perlegenti non amplius quam quinque exempla occurrunt[1]).

3. De nominativo non assimilato agitur.

Nunquam Theo nominativum in genetivum convertit — exempla assimilationis nominativi generis neutrius in dativum omissae non

[1]) Cf. van Cleef p. 45.

exstant —, id quod mirum non est, cum nominativus, casus agentis, efficaciter se defendere possit. Quo factum est, ut Plato, qui assimilationem pronominis relativi gratam habuit, hanc nominativi assimilationem tribus certis locis admiserit: bis nominativus in genetivum (Pol. V 465 D; Theaet. 158 A), semel in dativum (Phaed. 69 A) transiit[1]. Quae cum ita sint, nominativi assimilationes apud Theonem, qui nullum alium casum nisi accusativum assimilavit, omissas singillatim explicare opus non est. Exempla autem, quae huc pertinent, sunt haec:

a) Enuntiatum generis substantivi legitur

p. 16, 6 . . . τρεπτέον ἤδη πρὸς τὴν παράδοσιν τῶν ἀναγκαίων κατὰ τὰ μαθήματα θεωρημάτων, οὐχ ὅσα δύναιτο ἂν τὸν ἐντυγχάνοντα ἢ ἀριθμητικὸν τελέως ἢ γεωμέτρην ἢ μουσικὸν ἢ ἀστρονόμον ἀποφῆναι.

b) Reliqua enuntiata attributivi generis sunt.

p. 150, 19 περὶ δὲ τῆς θέσεως τῶν σφαιρικῶν [κύκλων] τ . . . ἥτις σώσει τὰ φαινόμενα διέξεισι ταῦτα.

p. 177, 9 καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ πλέον διέξεισι τοῦ προσοικειῶσαι ἀλλήλαις τὰς τῶν μαθηματικῶν ὑποθέσεις τε καὶ πραγματείας, οἵτινες πρὸς τὰ φαινόμενα μόνον καὶ τὰς κατὰ συμβεβηκὸς γινομένας τῶν πλανωμένων κινήσεις ἀποβλέποντες, μακροῖς χρόνοις ταύτας τηρήσαντες διὰ τὸ εὐφυὲς τῆς χώρας αὐτῶν, Βαβυλώνιοι καὶ Χαλδαῖοι καὶ Αἰγύπτιοι, προθύμως ἀρχάς τινας καὶ ὑποθέσεις ἀνεζήτουν . . .

p. 38, 1 . . . ἕξει δ' ἑκάστην πλευρὰν τῶν δυεῖν, ὅσοι καὶ οἱ γνώμονες συνετέθησαν. Enuntiatum simile legitur ibid. lin. 6.

p. 201, 22 αἰτιᾶται δὲ τῶν φιλοσόφων, ὅσοι ταῖς σφαίραις οἷον ἀψύχους ἑνώσαντες τοὺς ἀστέρας καὶ τοῖς τούτων κύκλοις πολυσφαιρίας εἰσηγοῦνται . . .

p. 91, 3 οἷον ληφθέντος ἀριθμοῦ, ὃς ἔχει καὶ ἥμισυ καὶ τρίτον τοῦ ϛ' . . .

p. 87, 4 ἡ δὲ τοῦ κανόνος κατατομὴ γίνεται διὰ τῆς ἐν τῇ δεκάδι τετρακτύος, ἣ σύγκειται ἐκ μονάδος δυάδος τριάδος τετράδος, α' β' γ' δ'.

p. 20, 21 . . . ὡς οὔσης τινὸς οὐ πρώτης μονάδος, ἣ ἐστι κοινότερον καὶ αὐτὴ μονὰς καὶ ἕν — . . . Loci similes occurrunt p. 25, 13; 69, 15; 115, 1; 167, 16; 169, 10.

[1]) Cf. van Cleef p. 42.

Octo locis Theo pronomen relativum in accusativo positum assimilatione mutavit, atque id quater in genetivum, quater in dativum. Omnia enuntiata attracta sunt generis substantivi exceptis duobus. In septem enuntiatis assimilatio in neutrum genus cadit, in uno genus femininum mutatum est. Formae pronominum, quae in assimilatione apparent, sunt hae: semel occurrit οἵων καὶ ὅσων, semel ἧς, bis ὧν, quater οἷς. Omnium enuntiatorum attractorum praedicatum indicativo continetur, quod semper fere est tale, quale ad pronomen assimilandum adiuvat. Ex quo a Theone nullis aliis locis nisi iis, qui assimilationi maxime idonei sunt, eam admissam esse efficitur. At eum hac proprietate non usum esse cognovimus in enuntiatis, quae quin ab aliis scriptoribus attracta fuerint non dubito. In Theonis libro pertractando Platonem respicientes, ut cognoscamus utrum apud Platonem an apud Theonem, Platonis commentatorem, assimilatio latius pateat, hunc ab illo longe superari videmus[1]).

§ 9. De Pappi assimilationis usu.

Pappus, qui anno tricesimo fere p. Chr. n. floruit[2]), octo libros συναγωγῆς μαθηματικῆς composuit, ad quos inspiciendos nunc venimus. Cuius operis liber primus et libri alterius initium interierunt.

I. Vertamus nos ad locos, quibus assimilatio vulgaris admissa est.

Nullus alius casus nisi accusativus assimilatione convertitur.

a) Enuntiata relativa substantivi generis. Omnia, quae huc pertinent, enuntiata e praepositionibus pendent.

[1]) Apud Theonem

I. haec leguntur exempla assimilationis vetustissimae admissae:

Assimilatum est pronomen

ὁστισοῦν p. 24, 18; 25, 19; 26, 5; 30, 8; 71, 16; 127, 15; 128, 10; 134, 6.
ὁσδήποτε p. 107, 24.
ὁποιοσοῦν p. 89, 10; 101, 14; 110, 22.

II. Assimilatio vetustissima omissa est.

Effugit assimilationem pronomen

ὅστις p. 11, 9; 17, 5; 21, 16; 70, 15; 77, 2; 3; 4; 80, 4; 113, 24; 114, 19; 116, 1.

[2]) Pappi Alexandrini collectionis quae supersunt ed. Fr. Hultsch, Berolini 1876—1878 tom. III p. VII.

ἐξ.

II, 4 (6, 4) τὸ δὲ γραμμικὸν δῆλον ἐξ ὧν ἔδειξεν Ἀπολλώνιος.

VII, 40 (680, 23) . . . καὶ δεδομένος ᾖ ὁ λόγος ὁ συνημμένος ἐξ οὗ ἔχει μία κατηγμένη πρὸς μίαν . . .

In illa enuntiatione relativa, quae e subiecto, obiecto, praedicato constat, accusativus plur. neutrius generis assimilatione mutatus est. Similia enuntiata attracta, quae leguntur in corpore Hippocratico, apud Hipparchum et Theonem, iam supra protulimus (cf. p. 6; 55; 68). Assimilationem adhibendam fuisse nemo negabit.

In hac enuntiatione accusativus sing. masculini generis conversus est. Similes enuntiationes relativas, quae attributi vices gerunt, Hero et Diophantus attractione mutaverunt (cf. p. 60; 78). Pronomen relativum in enuntiato, quod ante oculos habemus, quippe quod substantivi generis neque tot attributis auctum sit, facilius commutari potuisse consentaneum est.

χωρίς.

VII, 33 (676, 24) . . . λέγων ἀδύνατον εἶναι τελειωθῆναι χωρὶς ὧν αὐτὸς προγράφειν ἠναγκάσθη.

Enuntiatum relativum subiectum, obiectum, praedicatum amplectitur, e quo infinitivus pendet. Pronomen assimilationi obnoxium factum est neutrius generis plur. et ad infinitivum cum verbo finito quam artissime cohaerentem referendum est. Pronomen assimilatione converti debuit, cum vox χωρίς, nisi habet quo definiatur, omnino intellegi non possit.

b) Sequuntur enuntiata attributivi generis.

α) Accusativus in genetivum abit.

VII, 42 (682, 12) . . . ὁ δὲ τούτων τῶν περιφερειῶν λόγος συνῆπται δῆλον ὡς ἔκ τε τῶν κατηγμένων καὶ ὧν περιέχουσιν αἱ τούτων ἄκραι, εἰ καὶ εἶεν πρὸς τοῖς ἄξοσιν ἀμφοιστικῶν, γωνιῶν.

Hoc loco, quem interpolatum ducit Hultschius, accusativus feminini generis plur. in genetivum mutatus est, tametsi notio, ad quam pronomen refertur, undecim vocabulis a pronomine dirempta est. Enuntiatum relativum, quod subiectum, obiectum, praedicatum in indicativo positum continet, ita collocatum est, ut incorporatio appareat.

VIII, 2 (1024, 22) ἐκ βάθους γὰρ πολλοῦ ὕδωρ εὐκολώτερον ἀνάγεται διὰ τῶν ἀντληματικῶν ὀργάνων ὧν αὐτοὶ κατασκευάζουσιν.

Enuntiatum relativum, quod vocem, quacum arte cohaeret, ipsam subsequitur, e subiecto, obiecto, praedicato constat, quod indicativum exhibet. Quae cum ita sint et pronomen sit neutrius generis plur., assimilatio adhiberi debuit[1]).

β) Accusativus in dativum abit.

VII, 34 (676, 25) ὁ δὲ Εὐκλείδης ἀποδεχόμενος τὸν Ἀρισταῖον ἄξιον ὄντα ἐφ' οἷς ἤδη παραδεδώκει[2]) κωνικοῖς . . .

Una cum assimilatione incorporatio exstat, cum vox κωνικοῖς, ad quam spectat enuntiatum relativum, cum hoc in unum corpus confusa sit. Enuntiatio relativa nihil aliud nisi obiectum praedicatumque in indicativo positum addito adverbio continet. Quam ob rem et propterea quod positio enuntiati quam maxime idonea et pronomen neutrius generis plur. est, pronomen assimilatione in dativum abire debuit. Sed Hultschium hunc locum non Pappo, sed scholiastae tribuere moneo.

II. Iam consideremus locos, quibus assimilatio vulgaris omissa est.

1. Accusativus pronominis relativi non conversus est in his enuntiatis attributivis.

a) Accusativus non in genetivum abit.

VII, 42 (682, 10) . . . ὁ δὲ τῶν ἀτελῶν ἔκ τε τῶν ἀμφοισμάτων καὶ τῶν περιφερειῶν, ὅσας ἐποίησεν τὰ ἐν τούτοις κεντροβαρικὰ σημεῖα . . .

Hoc loco non Pappi, sed interpolatoris verba agnoscenda esse putat Hultschius. Positio enuntiati relativi, cum notioni, ad quam spectat, succedat, ad pronomen assimilandum minus idonea est. Accedit quod pronomen amplius est feminini generis.

III, 4 (34, 16) . . . ὑποτεθέντος τοῦ λόγου, ὃν ἔχει ἡ ΚΘ πρὸς τὴν ΘΡ . . . Locos similes cernis ibid. lin. 17; 20; p. 36, 2; III, 104 (176, 6); IV, 37 (240, 18); VI, 21 (504, 8); VII, 68 (704, 22; 25; 27); VII, 75 (712, 22; 25); VII, 77 (714, 23); VII, 86 (724, 18); VII, 194 (868, 8); VII, 197 (872, 6; 10); VII, 210 (890, 11; 14); VII, 212 (894, 5); VII, 240 (926, 20;

[1]) Exstat etiam in Pappi coll. VII, 26 (666, 23) enuntiatum relativum, cuius pronomen ex accusativo in genetivum traductum est, quem locum, cum sit Apollonii, supra (p. 48) iam laudavimus.

[2]) Sic Hultschius; *παρεδεδώκει* Ge; *παραδέδωκε* B^s, Ha.

22; 27; 928, 1; 5); VII, 246 (932, 21); VII, 253 (938, 9); VII, 317 (1010, 27; 1012, 8; 10; 13; 16).

Quos locos, quamquam pronomen est masculini generis sing., ad assimilationem idoneos esse nemo negabit. Sed vitavit eam Pappus. Quam ob rem scriptorem ad eam non magnopere inclinasse colligendum est.

VI, 65 (550, 7) . . . διότι ἄνισός ἐστι καὶ ὁ χρόνος τῆς ΖΔ, ἣν δίεισιν ὁ ἥλιος.

Hunc locum interpolatori tribuit Hultschius.

V, 35 (354, 14) . . . ἐξαριθμηθεισῶν τῶν ἐπιπέδων γωνιῶν, ἃς ἔχουσιν πᾶσαι αἱ ἕδραι τοῦ πολυέδρου . . . Loci similes leguntur ibid. lin. 19; V, 36 (354, 26; 27).

Cum enuntiatum relativum vocem iam attributo definitam sequatur, positio assimilationi non ita idonea est.

b) Accusativus non in dativum convertitur.

III, 27 (68, 6) . . . ὁ αὐτός ἐστι τῷ λόγῳ, ὃν ἔχει ὁ ἀπὸ τῆς ΑΜ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΜΗ κύβον. Similes loci inveniuntur VII, 72 (558, 6; 7; 16; 17; 18; 19); VIII, 26 (1072, 21).

In enuntiato relativo simili Diophantus pronomen ex accusativo in dativum assimilatione traduxit (p. 80). Saepius in enuntiatis relativis huius indolis genetivus assimilatione effectus apud mathematicos invenitur (p. 74). Quae cum ita sint, Pappum assimilationem vitasse iterum statuendum est, id quod in locos quoque quadrat, qui sequuntur.

V, 56 (392, 10) . . . οὗ βάσις μὲν ἴση ἐστὶν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου, ἣν ποιεῖ ἡ ΑΒ . . . Loci similes exstant ibid. lin. 14; 17.

2. Exempla dativi integri, quae attributivi generis sunt, exstant

III, 53 (96, 6) . . . τῆς ὑπεροχῆς, ᾗ ὑπερέχει συναμφότερος ὁ Α Β τοῦ Γ . . . Loci similes leguntur III, 57 (102, 3); III, 77 (134, 6); V, 7 (314, 14); V, 8 (316, 3); VII, 115 (758, 3; 760, 3).

Singularem illam dativi assimilationem omissam singillatim explicare necesse non est, cum in universum Pappus ad eam non inclinaverit.

3. Nominativus assimilationem effugit.

Nominativum utique integrum remansisse facile intellegi potest; hic enim casus, ut saepius iam diximus, maximam ad se defendendum vim habet. Quid multa? Nonne satis est Pappum assimilationem pronominis relativi gratam non habuisse in memoriam revocasse? Omnia, quae huc pertinent, exempla sunt attributivi generis.

a) Nominativi non in genetivum conversi exempla inveniuntur

III, 1 (32, 1) . . . ἀποκρίνασθαι περὶ τῆς ὑπ' αὐτοῦ γενηθείσης κατασκευῆς, ἥτις ἔχει τὸν τρόπον τοῦτον. Loci similes exstant V, 52 (384, 17); VIII, 24 (1068, 18).

III, 44 (84, 2) . . . οὐ μόνον περὶ τῶν πρώτων τριῶν μεσοτήτων εἰρήκασιν, αἳ χρήσιμοι τυγχάνουσιν μάλιστα πρὸς τὰς τῶν παλαιῶν ἀναγνώσεις . . .

V, 104 (468, 12) Ὅτι μὲν οὖν τῶν ε' σχημάτων τούτων, ἃ δὴ καὶ πολύεδρα καλεῖται, τὸ πολυεδρότερον ἀεὶ μεῖζόν ἐστιν . . . Locus similis legitur VIII, 2 (1024, 28).

II, 7 (8, 24) ἀλλὰ καὶ τοῦ Ζ ὄντος μονάδων β', ὅς ἐστι πυθμὴν τοῦ Α . . . Loci similes inveniuntur II, 20 (22, 7), quem locum interpolatori tribuit Hultschius; V, 9 (316, 18); V, 19 (334, 19); V, 55 (390, 20); V, 70 (410, 4); VII, 269 (950, 12); VIII, 10 (1040, 8).

b) Neutrum genus pronominis relativi non in dativum conversum est.

VII, 80 (718, 2) ἐπεὶ δὲ τὸ ὑπὸ τῶν ΑΒΓ ἴσον ἐστὶν τῷ ὑπὸ τῶν ΔΒΕ, ὁπότερα ἀφῃρήσθω ἀπὸ τοῦ ὑπὸ τῶν ΖΒΔ . . .

VI, 126 (626, 13) . . . τῶν δὲ ἐν τῷ λοιπῷ ἡμικυκλίῳ, ὅ ἐστιν μετὰ τὸν αἰγόκερω . . . Similis locus occurrit VII, 117 (766, 25).

Pappi collectionem perlegenti occurrunt septem enuntiata relativa attracta, e quibus quin quattuor Pappi verba genuina sint dubitari non potest: tribus locis ἅ in genetivum traductum est, uno loco οὗ (masc. gen.) in assimilatione spectatur. Praedicatum semper indicativum exhibet. Enuntiata relativa attracta, quae Pappo non tribuenda sunt, attributi vices gerunt; e quattuor, quae Pappi sunt, tria substantivi generis sunt. At leguntur haud pauci loci ad assimilationem idonei, quorum pronomen integrum remansit. Quae cum ita sint, Pappum huic, de qua agimus, proprietati minime propensum fuisse statendum est[1]).

---

[1]) In Pappi collectione inveniuntur haec exempla assimilationis vetustissimae admissae vel omissae:

Satis dictum esse arbitror de Pappo; iam transeamus ad mathematicum, quem postremum perquiramus.

§ 10. De assimilationis usu Diophanteo.

Diophantus, celeberrimus mathematicus Alexandrinus saeculi tertii p. Chr. n., tredecim libros arithmeticorum conscripsit, e quibus sex ad nostram aetatem venerunt[1]). Exstat etiam commentatio de polygonis numeris composita[2]). Quae Diophanti opera nunc perlustremus, ut cognoscamus, qualis fuerit usus assimilationis pronominis relativi.

I. Agedum consideremus enuntiata relativa, in quibus vulgare assimilationis genus apparet.

1. Nullus alius casus nisi accusativus assimilatione conversus est. Omnia enuntiata attracta attributi vices gerunt.

a) Accusativus in genetivum traductus est.

arith. I, 8 (24, 24) Δεῖ δὴ τὸν διδόμενον λόγον ἐλάσσονα εἶναι τοῦ λόγου οὗ ἔχει ὁ μείζων τῶν δοθέντων πρὸς τὸν ἐλάσσονα. Locus simillimus exstat I, 9 (26, 19).

Quibus locis masculinum genus pronominis in assimilatione cernitur. Sed pronomen et praedicatum enuntiati relativi, quod verbum habendi est et indicativo continetur, nomen, ad quod enuntiatio

I. Assimilatio admissa est.

Succubuit assimilationi pronomen

ὁστισοῦν III. 1 (30. 9); VI, 44 (524. 16): VIII, 7 (1032, 29); VIII, 32 (1082, 1).
ὁποιοσοῦν III, 97 (166. 11): VII, 11 (644. 25): VII. 12 (648, 3).
ὁποσοσοῦν V. 45 (366, 11): V, 46 (370, 1); V, 47 (374, 1): V, 52 (384, 9); V, 61 (396. 13): V. 62 (396, 22); V, 71 (410. 17).
ὁσοσδήποτε V, 53 (386. 1).
ὁσοσοῦν III, 67 (118. 15): VII, 26 (668, 4).
ὁσοσδή III, 67 (120, 11): III. 68 (120. 14: 126, 16).
ὅσος VII, 42 (682. 15).

II. Assimilatio vetustissima omissa est.

Integrum remansit pronomen

ὅστις VII, 64 (702. 6).
ὅσπερ III, 57 (104. 8): V. 45 (368, 17).
οἷος IV. 31 (234. 15): IV, 39 (244, 4): IV. 54 (264, 14): IV, 59 (270, 30).
ὁποῖος V, 53 (386. 19).
ὅσος II, 10 (12. 5: 16): II, 11 (12. 22); VIII, 45 (1104, 14: 15: 18: 20: 22: 23).

[1]) Diophanti Alexandrini opera omnia ed. P. Tannery, Lipsiae 1893 (cf. Pauly-Wissowa V, 1051 sqq.).

[2]) Ibidem.

relativa spectat, ipsum subsequuntur. Similem assimilationem ab Herone Pappoque admissam esse iam supra cognovimus (p. 60; 74).

arith. IV, 8 (202, 8) ἀλλὰ αἱ $\Delta^{Y}\overline{\iota\vartheta}$ ἐκ τῆς ὑπεροχῆς εἰσιν ἧς ὑπερέχουσι $K^{Y}\overline{\varkappa\zeta}$ $K^{Y}\overline{\eta}$ . . . Leguntur loci similes paululum inter se differentes ibid. lin. 11; IV. 22 (238, 9); lem. ad IV, 34 (278, 1); lem. ad IV, 36 (286, 4); IV, 40 (306, 16).

Omnibus his locis libri consentiunt illo excepto, qui exstat lem. ad IV, 34, ubi cod. B_1 ᾗ praebet. Hic dixerit quispiam in his enuntiatis relativis non accusativum, sed dativum in assimilatione cerni. Et iure quidem. Nam arithmetica Diophantea perscrutanti haud pauci loci occurrunt, quibus structura ὑπερέχειν τινί τινος apparet. E. g. afferre mihi liceat IV, 28 (252, 19) ἀλλὰ αἱ $\overset{\circ}{M}\overline{\rho\xi}$ ὑπεροχή ἐστιν, ᾗ ὑπερέχουσι $\overset{\circ}{M}\overline{\rho\varphi\varsigma}$ τῶν $\overline{\lambda\varsigma}$. Alia, quae huc pertinent, enuntiata leguntur lem. ad IV, 36 (286, 7); IV, 39 (302, 12; 15); IV, 40 (306, 10; 15; 308, 6) etc. Ex hac ambiguitate nos liberat locus, qui exstat IV, 40 (308, 4) καὶ ἐπεὶ θέλω τὴν ὑπεροχὴν ἣν ὑπερέχει ὁ ἀπὸ τοῦ μ^{γ}· τὸν ἀπὸ τοῦ μ^{σ}· . . . Etiam in hac enuntiatione in codicibus ἣν scriptum invenimus editione principe ᾗ praebente. Hoc loco aeque atque eo, de quo agimus, accusativus qui dicitur obiecti immanentis agnoscendus est, quem accusativum pronominis relativi Diophantus, si fieri potuit, in genetivum traduxit, quamquam saepius assimilationi restitit. Sed non desunt enuntiata huius generis attracta[1]). Hoc vero statuendum est: Diophantus in verbo ὑπερέχειν struendo haud sibi constitit; nam id, quo aliquid maius est, modo dativo, modo accusativo expressit. Accusativum autem pronominis relativi in his enuntiatis assimilatione in genetivum mutavit illis exceptis, quos attrahi non posse consentaneum est, e. g. IV, 40 (308, 4), quem locum supra attulimus. Nulla enim in scriptis Diophanteis reperitur enuntiatio relativa talis, de quali agimus, in qua accusativus non in potestatem genetivi redactus est, reperiuntur autem, in quibus dativus non in genetivum conversus est, quas, ut solida sit argumentatio nostra, nunc proferre necesse est.

arith. VI, 13 (420, 15) ἔρχεται ὁ $\varsigma\overset{\circ}{M}\bar{\delta}$ ἐν μορίῳ τῆς ὑπεροχῆς ᾗ ὑπερέχει ὁ ⟨ς⟩ τετραγώνου τινός. Reliquos locos satis erit indicasse, cum non multum inter se differant: VI, 14 (424, 19; 26); VI, 15 (430, 3); de pol. num. 4 (460, 18).

[1]) Cf. Bohlmann p. 4; van Cleef p. 14; 36; Schindler p. 72—73; Roesler p. 47—48; 76.

Quinque igitur locis dativi in genetivum assimilatio omissa est. Alia autem huius generis enuntiata apud Diophantum non leguntur. Quae cum ita sint, cum neque unquam in enuntiatis relativis huiusquidem indolis accusativus obiecti immanentis pronominis relativi ad genetivum pertinens assimilationem effugerit et semel, cum assimilari nequeat, integer traditus sit, Diophantum, si in struendo verbo ὑπερέχειν accusativum obiecti immanentis pronominis relativi admisit, semper eum, si genetivum respiciebat, in hunc casum traduxisse demonstratum censeo.

arith. I, 21 (48, 13) Τετάχθω δὴ ὁ ἐλάσσων ϛα̅ καὶ ὧν ὑπερέχει τοῦ τοῦ μέσου γου, Μ̊ι̅. Locum similem cernis I, 21 al. (50, 7).

Eodem modo, quo in enuntiatis supra tractatis hoc loco accusativus ἃς in genetivum abiit. Incorporatio apparet aeque atque in enuntiato, quod legitur

arith. I, 15 (36, 19) Τετάχθω ὁ βος ϛα̅ καὶ ὧν δίδωσι Μ̊λ̅.

Pronomen relativum, quod ex accusativo in genetivum traductum est, feminini generis est. Praedicatum enuntiati relativi exhibet indicativum et est verbum dandi.

arith. I, 3 (18, 20) . . . προστιθεμένων τῶν δ̅Μ̊ ὧν ἀφεῖλον ἀπὸ τῶν π̅Μ̊.

Quem locum interpolatori tribuit Tannery. Pronomen facile assimilationi succumbere potuisse apparet. Ut praetermittam enuntiationem relativam sequi notionem, ad quam pertinet, haec enuntiatio illis, quas modo protulimus, similis est.

b) Accusativus in dativum conversus est.

arith. IV, 37 (292, 14) Δ^{Y} ἄρα ιβ̅ πρὸς ϛε̅ θέλομεν εἶναι ἐν λόγῳ ᾧ ἔχει □ος ἀριθμὸς πρὸς □ον ἀριθμόν.

Pronomen relativum, quod in assimilatione cernitur, masculini generis est; sed una cum praedicato, quod verbum habendi in indicativo positum est, notionem, ad quam spectat, ipsam sequitur. Hic locus propterea notabilis est, quod apud nullum mathematicorum, quorum perlustravimus opera, simile enuntiatum invenitur, cuius pronomen relativum assimilatione ex accusativo in dativum conversum est.

2. Assimilationem non statuendam esse puto in enuntiationibus relativis hisce:

arith. II, 10 (94, 14) Τετάχθω οὗ μὲν ἡ πλευρὰ ϛα. οὗ δὲ ϛα̅ καὶ Μ̊ ὅσων δήποτε θέλεις . . .

I. lem. ad V, 7 (324, 1) Ἔστω ὁ αος ϛα̅, ὁ βος Μ̊ ὅσων θέλεις.
arith. IV, 19 (232, 5) . . . καὶ γίνεται ὁ ϛ ὅσου τις θέλει.

Quibus in enuntiatis relativis nihil aliud nisi infinitivum εἶναι omissum esse docent hi duo loci

arith. IV, 19 (232, 7) . . . ἵνα ὅσου τις θέλει τὸν ϛ εἶναι . . .
arith. IV, 33 (278, 10) . . . ἵνα τὸν ϛ, ὅσων ἄν τις θέλῃ Μ̊ εἶναι . . .

II. Vertamus nos ad assimilationem vulgarem omissam.

1. Accusativus integer remansit. Enuntiatum, quod huc pertinet, attributi vices gerit.

arith. IV, 31 al. (266, 13) Τετάχθω ὁ αος ϛα̅ καὶ ⋔ Μ̊γ̅ ἃς προσλαμβάνει.

Enuntiata similia omnia attracta esse supra cognovimus; hoc est unum huius indolis, quod restitit assimilationi.

2. Dativi integri exempla omnia supra laudavimus locum inspicientes, qui legitur arith. IV, 8 (202, 8), (p. 79).

3. Nominativus non assimilatus est.

Nunquam nominativus in scriptis Diophanteis in assimilatione occurrit. Enuntiata relativa, in quibus nominativus pronominis relativi integer remansit, sunt generis attributivi.

arith. I, 6 (22, 23) μένει τὸ τοῦ αου δον τοῦ τοῦ βου ϛου ὑπέρεχον Μ̊κ̅, [οἵτινες κοινῇ συντεθέντες ποιοῦσι τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμόν].
arith. I, 5 (22, 1) καὶ μένει τὸ τοῦ αου γον καὶ τὸ τοῦ βου εον Μ̊λ̅, [ἅπερ κοινῇ συντεθέντα ποιοῦσι τὸν ἐπιταχθέντα ἀριθμόν].
arith. I pr. (2, 17) τυγχανόντων δὴ οὖν ἐν τούτοις ὧν μὲν τετραγώνων, οἵ εἰσιν ἐξ ἀριθμοῦ τινος ἐφ' ἑαυτὸν πολυπλασιασθέντος.
Loci similes inveniuntur ibid. lin. 21; p. 4, 1; 3; 6; IV, 29 (260, 5).

Exstant apud Diophantum tredecim enuntiata relativa attracta, e quibus unum in dubium vocatur. Quo praetermisso ter masculinum genus pronominis relativi, novies femininum genus assimilatione conversum est. Uno loco ᾧ in assimilatione apparet, duobus locis οὗ, tribus ὧν, sex ἧς. Semper accusativus assimilatus est, nunquam dativus vel nominativus. Praedicatum omnium enuntiatorum attractorum in indicativo positum est. Quamquam pronomen relativum in nonnullis enuntiationibus ad assimilationem idoneis integrum remansit, tamen Diophantum

ab hac, de qua agimus, proprietate nequaquam abhorrere statuendum est[1]).

Ex iis, quae adhuc exposuimus, assimilationem pronominis relativi inde a Platonis et Aristotelis aetate evanescere coepisse apparet. Quaestione peculiari Roesler apud Dionysium Halicarnaseum usum assimilationis eundem ferme esse atque apud scriptores classicae aetatis docuit. Sed non solus Dionysius gratam habuit assimilationem, sed etiam apud Diodorum Siculum Strabonemque eam revixisse nuper ostendit Schindler[2]). Apud Diodorum sexaginta fere enuntiata relativa attracta exstant, quorum quarta pars pronomen masculinum vel femininum praebet. Uno loco excepto, quo accusativus feminini generis sing. pronominis ὅσπερ in dativum abiit (IX, 12), semper pronomen ὅς assimilatum est. Omnes fere enuntiationes relativae attractae praedicato in indicativo posito continentur. In Strabonis geographicis quinquaginta exempla assimilationis admissae exstant,

[1]) In Diophanti scriptis

I. haec exstant exempla assimilationis vetustissimae admissae:

In assimilatione cernitur pronomen

οἱοσδήποτε arith. lem. ad IV, 34 (278, 3); IV, 35 (282, 23); lem. ad IV, 36 (286, 5); V, 23 (374, 12).

ὁποιοσοῦν arith. III, 8 (154, 3); III, 9 (156, 3); III, 10 (158, 2); III, 11 (160, 13); III, 12 (164, 19); III, 13 (166, 25); III, 14 (168, 19); III, 15 (170, 11); III, 15 al. (172, 9); III, 16 (176, 11); IV, 19 (228, 8; 232, 4); IV, 20 (232, 10); IV, 21 (234, 14; 20; 236, 3); IV, 34 (278, 14); IV, 35 (282, 14); IV, 36 (286, 11); IV, 37 (290, 6; 12; 14); V, 3 (316, 3); V, 4 (318, 5); V, 5 (320, 2; 9); V, 6 (322, 3); lem. ad V, 8 (328, 5; 21); V, 8 (330, 5; 12); V, 24 (376, 2); V, 25 (376, 11); V, 26 (376, 20; 22); de polyg. num. 4 (468, 14).

ὁσοσδήποτε arith. II, 8 (90, 14); II, 8 al. (92, 4); II, 9 (92, 22); II, 21 (116, 1); III, 16 (176, 13); IV, 3 (192, 15); IV, 6 (196, 9); IV, 8 (202, 1); IV, 9 (204, 8); IV, 13 (214, 1); IV, 16 (220, 14); IV, 19 (228, 12); IV, 24 (242, 16); IV, 25 (244, 23); IV, 34 (278, 23); lem. ad IV, 35 (282, 5); V, 30 (384, 24 cf. praef. p. IX); VI, 16 (432, 3).

ὁπότερος arith. I pr. (14, 15).

II. Assimilatio vetustissima omissa est.

Effugit assimilationem pronomen

ὅστις arith. IV, 22 (238, 12).

ὅσπερ arith. VI, 22 (444, 18).

[2]) De Diodori Siculi et Strabonis enuntiationum relativarum attractione. Prior pars: De admissa attractione. Frankenstein 1909.

quorum tertia pars genus masculinum vel femininum exhibet. Semper praedicatum indicativo continetur. Duobus locis (II, 1, 29; XVI, 4, 24) accusativus neutrius generis plur. pronominis ὅσος et uno (IV, 4, 6) accusativus feminini generis sing. pronominis ὅσπερ in genetivum abiit. Apud utrumque scriptorem semper fere praedicatum enuntiationum attractarum repraesentatur verbo, quod assimilationi favet. Cum usus huius apud Diodorum Strabonemque artioribus circumscriptus sit finibus, Schindlero assentior dicenti[1]): „Quamobrem, ut iam de Augusteae aetatis attractione, quatenus e nostrorum scriptorum libris cognoscitur, summam faciamus, a vero vix aberrabimus, si eam potius paene ad nascentem illam Aeschyleae aetatis attractionem redisse videri, quam Aristotelicum ab omnibus fere finibus absolutum usum suscepisse vel etiam novi quidquam protulisse iudicabimus."

Nos autem iam Philodemi opera tractabimus, ut primo a. Chr. n. saeculo assimilationem pronominis relativi rursus radices altius egisse clarius noscatur.

§ 11. De Philodemi assimilationis usu.

Philodemus Gadarenus aequalis fuit Ciceronis. Cum Romam venisset, Piso familiariter eo usus est, et Cicero eum magni aestimavit[2]). In philosophia eum secutum esse Epicurum e scriptis eius, quae supersunt, intellegitur. Composuit autem praeter epigrammata pedestri oratione non paucas commentationes[3]).

[1]) Ibid. p. 25. [2]) Cf. de fin. II, 35; in Pis. c. 29.

[3]) Φιλοδήμου τῶν κατ' ἐπιτομὴν ἐξειργασμένων περὶ ἠθῶν καὶ βίων ἐκ τῶν Ζήνωνος βιβλίων . . . ὅ ἐστι περὶ παρρησίας Herc. vol. tom. V, Neapoli 1835; fragm. tom. V, 2, Neapoli 1843.

" περὶ τῆς τῶν θεῶν εὐστοχουμένης διαγωγῆς κατὰ Ζήνωνα Herc. vol. tom. VI, Neapoli 1839.

" περὶ τοῦ καθ' Ὅμηρον ἀγαθοῦ λαῷ Herc. vol. tom. VIII, Neapoli 1844.

" περὶ τῶν φιλοσόφων ibidem.

" περὶ χάριτος Herc. vol. tom. X, Neapoli 1850.

Philodemi de ira liber ed. Th. Gomperz, Lipsiae 1864.

Φιλοδήμου περὶ σημείων καὶ σημειώσεων ed. Th. Gomperz, Lipsiae 1865. Cf. R. Philippson Rh. Mus. LXIV, 1 sqq.

" περὶ εὐσεβείας ed. Th. Gomperz, Lipsiae 1866.

Philodemi de vitiis l. X ed. I. L. Ussing, Hauniae 1868.

" de musica librorum quae exstant ed. Ioannes Kemke, Lipsiae 1884.

Quibus in operibus qualis sit usus assimilationis pronominis relativi nunc videamus. Antequam rem ipsam aggrediamur, pauca de genere eius dicendi monenda videntur esse.

Quamquam saepius copiose et abundanter loquitur, tamen in rebus exponendis brevitas alacritasque orationis ei non deest, sed ita ut verba non obscura sint, quamquam etiam accidit ut adversarium facetiis irrideat acerbis et in eum aspere invehatur [1]. In tali genere dicendi assimilationem pronominis relativi facilius adhiberi posse quam in eo, quo quos supra tractavimus mathematici utuntur, consentaneum est, id quod exempla demonstrabunt.

I. Iam vertamus nos ad locos, quibus assimilatio vulgaris admissa est.

1. De accusativo assimilato agitur.

a) Substantivi generis sunt haec enuntiata:

α) accusativus in genetivum abiit.

de vit. col. 22, 12 (τα-
π)εινοῦν δὲ καὶ ψέγειν ἑαυ(τό)ν
τε καὶ τοὺς οἷός ἐστιν εἰωθ(έ)ν(αι
πρὸς ὃν δήποτε χρόνον με-
τὰ παρεμφάσεως ὧν βούλεται·

Assimilatio adhiberi debuit; nam enuntiatio relativa flagitatur nomine παρεμφάσεως nec quidquam nisi obiectum et praedicatum continet, pronomen est neutrius generis plur., praedicatum indicativum exhibet et est forma verbi βούλεσθαι. In hac enuntiatione relativa aeque atque in iis, quae sequuntur, nomen, quod determinatione indiget, ansam ad pronomen assimilandum dedit.

Φιλοδήμου περὶ θανάτου Δ herausgegeben von Siegfried Mekler (Sitzungsberichte der Wiener Akademie, Bd. 110, 305).

Philodemi *περὶ ποιημάτων* l. II quae videntur fragmenta conlegit, restituit, inlustravit Aug. Hausrath (Jahrb. für klass. Philol. Suppl. XVII, 213).

" volumina rhetorica ed. Siegfried Sudhaus, Lipsiae 1892—1896.

Zu Philodem *περὶ κολακείας* M. Ihm Rh. M. LI, 315.

Philodemi *περὶ οἰκονομίας* qui dicitur libellus ed. Ch. Iensen, Lipsiae 1907.

[1]) Cf. Philippson, De Philodemi libro qui est *περὶ σημείων καὶ σημειώσεων*, Berolini 1881, p. 5—6. Sudhaus, vol. rhet. suppl., Lipsiae 1896, p. VI; Gomperz, „Philodem und die ästhetischen Schriften der Herculanischen Bibliothek" (Sitzungsber. der kais. Akademie zu Wien vol. 123 disp. VI, 4).

rhet. II, 13: 10, 7 ε]ἰ δὲ δὴ καὶ πᾶ[ν ἐθέλου-
σιν, ὅ]τι δοξάζ[ει ὁ δῆμος, οὐ-
κ εἴδησι]ν ἔχουσιν ἤ[δη ὧν θέ-
λουσι]ν οἱ πλείους.

Enuntiatum relativum subiectum, obiectum, praedicatum exhibet et ei, quod modo protulimus, simillimum est. Obiectum praedicatumque coniectura maxime probabili inventa sunt.

rhet. I, 283 col. 2, 3 . . . βλέπων ἐπὶ τὴ[ν] σο-
φιστικ[ὴν ἢ] ἐπὶ τὴν [π]ο-
λιτι[κ]ὴν ἢ ἐπὶ τὴν δια-
κριτικὴ]ν ὧν πρακτέ-
ον ἐστὶν καὶ οὐ πρακτέ-
ον τ[ῶι] μέλλοντι [μακα-
ρίω[ι γ]εν[ή]σε[σθαι.

Quamquam praedicatum enuntiati relativi duplicatum est, tamen pronomen assimilatione converti debuit, cum notio regens determinatione indigeat et pronomen sit neutrius generis plur. Accedit quod praedicatum enuntiati relativi indicativum exhibet. Cum hoc et sequenti confer locum Metrodori infra p. 90 allatum. Easdem ob causas assimilatio pronomine potita est loco, qui sequitur.

rhet. I, 287 col. 9, 3 [. . . Οὐ
μὴν ἐ[πε]ὶ τὴν διά[κρι-
σιν ὧν αἱ[ρ]ετέον κ[αὶ φευ-
κ[τ]έο[ν] πά[ν]τ[ως πρὸς τὸν
βίον φέρων [τὴν πολιτι-
κὴν δύναμ[ι]ν [ἀπὸ τῆς
τῶν ὅλων θεωρίας [ἔ]φη
μάλιστα παραγίν[εσ]θαι

rhet. I, 269 col. 32, 12 ὅθεν οὐδὲ κοινοῦται τῆς
κατηγορίας ὧν [ἔ]φασαν
αὐ[το]ὶ μεγίστων ἀγαθῶν
καὶ ὡς φρονοῦντες, ἀρχῆς
καὶ πλούτου.

Hoc loco accusativus praedicativus una cum pronomine in genetivum abiit, id quod Philodemum assimilationi favere luculenter demonstrat.

His quae e nominibus pendent enuntiatis relativis adiungimus ea, quae pendent e numeralibus vel pronominibus.

rhet. I, 334 col. 18, 17 καὶ λέγουσιν [ὁ-
μοί]ως τούτωι, οὐθὲν [δὲ ἀπ-
ειργ]α[σ]μένο[ι ὧν λ]έγου[σιν, ἀ]λλ' αὐ[τοὶ?

rhet. I, 138 col. 33, 17 Νυνεὶ
δὲ τετασ[. ἀναγ]ινώ[σ-
κειν? ἠθέ]λησεν οὐ[θ]εὶ[ς
ὧ[ν φη]σιν . . .

de philos. col. 10, 2 καὶ (ἢ μ)ισάνθρωπος
συ(ν)ῆ(κ') ἀπ(ο)φονεῖν[1]), ἢ καὶ μὴ ἐ-
παινηγεῖ(σ)θαι[2]) μηδεμίαν ὧν
ἐπιστάμεθα.

rhet. I, 196 col. 14ª, 18 Τινὰ δ' ὧν παραγγέλλου-
σιν οὗτοι, καὶ φυσικῆς εὐ-
κ[ληρί]ας δεῖται . . .

Omnibus his locis facile casus pronominis relativi mutari potuit. Praedicatum semper in indicativo positum ter verbum dicendi, semel sentiendi est. Tres enuntiationes nihil aliud nisi obiectum et praedicatum continent, una enuntiatio subiecto aucta est. Bis pronomen est neutrius generis, semel masculini, semel feminini.

His enuntiatis relativis annectimus ea, quae ex adiectivis aut adverbiis pendent.

rhet. I, 96 col. 56, 30 [αὐτοὶ
ἐπιμελεῖς ἦσαν [ὧν ἂν
δ]ιακούσωσιν . . .

Quem locum Ioannes de Arnim[3]) sic scribi vult: οὐδ' ἐπιμελεῖς κτλ., „quamquam valde offendit ὧν ἂν cum coniunctivo aoristi iuxta imperfectum principalis enuntiati.“ Assimilationem, in qua Arnim non offendit, facile adhiberi potuisse puto, quamquam praedicatum coniunctivo ἂν particula addita continetur. Nam primum enuntiatio relativa est substantivi generis, quibus in enuntiationibus haud ita raro fit, ut pronomen relativum, quamquam praedicatum in coniunctivo ἂν particula adiecta positum est, ex accusativo in genetivum abeat[4]). Deinde pronomen est neutrius generis, tum enuntiatio notioni regenti ipsi succedens

---

[1]) Sic pap. [2]) Sic pap.
[3]) „De restituendo Philodemi de rhetorica l. II“ Ind. lect. Rostoch. 1893 p. 6.
[4]) Cf. Foerster p. 68—69.

nihil nisi obiectum et praedicatum continet, postremo praedicatum est verbum sentiendi.

oec. col. 9, 13 καὶ
π[ῶ]ς δούλους πρότερον πα-
ρα[σ]κευαστέον ὧν Ἡσίοδος
παραγγέλλει πρώτων . . .

Hoc loco una cum pronomine accusativus praedicativus in genetivum traductus est.

Sequuntur enuntiationes relativae, quae e verbis pendent.

rhet. I, 129 col. 28, 21 κἂν [ἐ-
φί[κηται οὗ] κα[ὶ βού]λεται διὰ
παντός . . .

Pronomen relativum et verbum, e quo pendet, coniectura in verborum ordinem recepta sunt; sed nihil melius inveniri posse puto. Omnia adsunt, quae pronomen assimilationi obnoxium faciant.

oec. col. 26, 43 Ὅτι
δ' οὐ δεῖ πειθομέν[ο]υς ἐνίων
ἐπαγγελίαις ἀμελεῖν ὧν αὐ-
τός τις δύναται πορίζειν
ἢ φυλάττειν . . .

Quamquam pronomen ex utroque infinitivo pendet, assimilationi succubuit, cum verbum ἀμελεῖν explicatione indigeat. Accedit quod pronomen est neutrius generis plur. et praedicatum indicativo continetur.

oec. col. 23, 32 ὡς τό γε δι-
ὰ σοφ[ιστι]κῶν καὶ ἀγωνιστι-
κ]ῶν ο[ὐδέν] ἐστι βέλτιον τοῦ
διὰ δη[μοκ]οπικῶν καὶ συκο-
φαντικ[ῶν]. Ὧν δ'ἐπιτηδευ-
τέον εἰς π[ρ]όσοδον καὶ τήρη-
σιν ταύτης τε καὶ τῶν προϋ-
παρχόν[τ]ων τὸ μὲν συνέ-
χ]ον ἡγητέον ἐν τῆι τῶν ἐ-
πιθυμιῶν εὐσταλείαι καὶ τῶν
φ]όβων·

Hoc enuntiatum relativum, cuius pronomen est neutrius generis, propterea notandum est, quod totum notioni regenti praepositum est; sed tamen assimilatio adhibita est, id quod quantopere Philodemus ei faverit demonstrat.

Quibus enuntiatis relativis addimus ea, quae e praepositionibus pendent.

ἀπό

de vit. col. 4, 42 (φα)νερὸς δὲ καὶ ἀλαζο-
νευόμενός ἐστι καὶ φι-
λοδ(ο)ξῶν (ἀ)φ' ὧν ποιεῖ κα-
τ(ὰ τ)ὴν ὑπερηφανίαν

διά

rhet. I, 120 col. 21, 22 Δηλοῖ δὲ καὶ
῞Ε]ρμαρχος δι' ὧν παρεθέμε-
θ]α . . .

In his enuntiatis relativis pronomen assimilationi succumbere debuisse ex iis, quae supra diximus, cognosci potest.

ἐξ

de mus. IV, 9, 5 (p. 73) οὐ μὴν ἀλλὰ θαύ-
ματος ἄξιον, πῶς ἐξ οὗ λέ-
γ]ει δείκνυται τὸ καὶ τὰ σώ-
ματα.

rhet. I, 197 col. 16a, 5 Οἱ
δ'οὖν πολλοὶ τ[ῶν] σοφι[στῶν
ἐοίκασι[ν ἐ]ξ ὧ[ν γ]εγράφ[α-
σιν, ἀθλίως ὑποκεχρίσ[θαι.

περί σημ. col. 34, 27 σημειού-
μεθα δὲ καθ' ἕκαστον ἐ(ξ) ὧν
ὁ λόγος αἱρεῖ.

de mus. I, 32, 20 (p. 20) ἐξ ὧν δὲ παρατίθετ[αι
Δικ]αιάρχου λάβοι τις ἂν ὅσ[α
βούλετ]αι πρὸς τὴν ἐνεστηκυ[ῖ-
αν] ὑπόθεσιν . . .

rhet. I, 200 col. 18a, 25 καθάπερ ἔστιν λαβεῖν
τὰ μὲν παρὰ ποιητῶν
τὰ δὲ καὶ παρ' ἱστορικῶν, κἀ-
ξ ὧν αὐτοὶ γραπτῶν καταλε-
λοίπασιν

Omnia haec enuntiata talia sunt, qualia attractioni obnoxia fieri solent. Quapropter etiam in novissimo enuntiato et pronomen et adiectivum praedicativum mutata sunt.

ἐπί

rhet. I, 175 col. 16, 1 Εἰ δέ τις
λέγ]ει καὶ ἐφ' ὧν ἐκλέλοιπα
κεχρῆσθαι ταῖς μεταφοραῖς,
ἀλλὰ καὶ ἐφ' ὧν ειανσ . . .

ibid. lin. 14 ἐπεὶ
. . . οὐ [π]ᾶς ὁ μεταφέ-
ρων ἐφ' ὧν ἀ[ξιοῦσιν ἐσ]τέ-
ρη[ται.

Quibus in enuntiatis pronomen assimilatione converti debuit, cum enuntiatio relativa praepositione ἐπὶ poscatur et pronomen sit neutrius generis plur., praedicatum indicativum exhibeat, enuntiatum relativum nihil nisi obiectum praedicatumque amplectatur. Maiorem partem enuntiationis relativae novissimae probabili coniectura in textu positam esse addendum est.

μετά

de piet. p. 81 col. 14, 12 τὰ πα-
ραπλήσια δὲ κἂν
τοῖς περὶ φύσεως
γράφει μεθ' ὧν εἴ(πα-
μεν καὶ τὸν Ἡρα-
κλ(εί)του συνοικειῶν . . .

περί

rhet. I, 375 col. 96, 11 θυμοὺς πραϋνέτω
καὶ πειθέτω καθάπερ
φίλ]ον οὕτω κα[ὶ κ]αθ' ἕ-
να περὶ ὧν ἂν [βού]λη-
τ]αι καὶ πολὺ μ[ᾶλλον
. . . . . νκα . . . . .

χωρίς

rhet. II, 6: 5, 2 Χ[ωρ]ὶς γὰ[ρ ὧν ἔφα-
σαν τοῖ[ς] τοιούτ[οις φθονοῦ-
σιν καὶ φοβοῦνται

Etiam in his enuntiatis relativis assimilatio pronomine potiri debuit, quamquam praedicatum enuntiati relativi, quod legitur rhet. I, 375 col. 96, 11, coniunctivum exhibet ἄν particula addita. Pronomen est semper neutrius generis plur., praedicatum bis verbo dicendi, semel verbo βούλεσθαι formatum est. In

novissimo enuntiato relativo et pronomen et praedicatum coniectura recte inventa esse puto[1].

β) Accusativus in dativum abiit.

Enuntiationes relativae ex adiectivis aut adverbiis pendentes exstant:

de deor. viv. rat. col. 13, 1 (ἣ) παρα-
πλήσιόν τι πάθος ᾧ ποτε πάσχομεν ἡσυχάζον-
τες μέν, οὔπω δὲ καθεύδοντες ὁμολογουμένως.

de poem. II fr. 54, 7 (p. 264) εἴπερ ἡ⟨
. . . . . κανόνος ἔχου-
σα τὴν?] δύναμιν ΕΜ
. . . . . ὅμοιον ὧι αὐ-
τὸς? δεί]κνυσιν πάντα
. . . . . α]ὐτῆς εὑρισ-
κομένης?] . . . κ]ριτηρίου
14 δεῖσθαι 15 -οντο

de mus. III, 32, 5 (p. 35) οὗτος οἷς ἔλε-
γ' ἀ]κόλουθον ἐδείκνυε τὸ
ἐν]δέχεσθαι τἀναντία
κε]ινεῖν ὑπὸ τῶν ἐναν-
τίων].

rhet. I, 51 col. 24, 23 Τὸ [γὰρ] τε-
θὲν ὑπ' α[ὐ]τῶν τὸ τῆς γραμ-
ματικῆς καὶ ἀνομοίως
ὧι θέλουσιν, καὶ κατ' αὐ-
τῶν ἅμα κεῖται.

[1]) Leguntur in Philodemi rhetorica duo enuntiata relativa substantivi generis, quorum pronomen ex accusativo in genetivum abiit. Cum non Philodemi sint, hoc loco sunt afferenda. Prior locus est Metrodori, alter Epicuri.

rhet. I, 121 col. 22, 7 „*Πότερον οὖν τὴν ῥη-
τορικὴν δύναμιν λέγει
τις βλέπων ἐπὶ τὴν διάγνω-
σιν [ὧν] πρακτέον ἐστὶν τῶι μέλ-
λοντι εὐδαίμονι εἶναί τε
κα]ὶ ἔσεσθαι καὶ [ὧν φευκτέον*

rhet. II, 257 col. 4ª, 4 *ἐὰν δὲ καὶ ὑπὲρ
πολέμου καὶ εἰρήνης ᾖ* (scil. ὁ λόγος)
*γ' ἢ καὶ ἄλλου τινὸς ὧν ἐν
ταῖς ἐκκλη[σίαι]ς [β]ουλεύον-
ται . . .*

de piet. p. 118 col. 100, 3 περί
τε γὰρ ἑορτ(ῶν καὶ
θυσιῶν καὶ (πάντων
καθόλου τ(οιούτων
ὡς ἀκολούθω(ς ἔπρα-
ξεν οἷς ἐδογ(μάτι-
σεν κα(ὶ? . . . . . .

rhet. I, 365 col. 79, 3 ν . οι . . || κ[α]λῶς μὲν ἐπέβαλλεν
ἀλλ' οὐ [συ]μφώνως οἷς ὑ-
πὲρ [τοῦ πο]λιτεύεσθαι
δο[κιμάζ]ουσιν, ἃ κα-
ταλ]ε[ίπ]οντες αὐτὸ τοῖς
λοιπ[οῖς κατ]ορ[θοῦσι] φι-
λοσοφίας ἐνερ[γήμασι·

Necesse fuit, ut pronomen earum, quas modo protulimus enuntiationum relativarum assimilatione casum mutaret, cum notiones regentes, e quibus enuntiata relativa pendent, sine determinatione intellegi nequeant. Quae notiones pronomen relativum tanta vi ad se arripiunt, ut casu privetur et plane in notionis regentis potestatem redigatur. Ter ὅ in dativum abiit, ter ἅ. Semel figura etymologica cernitur. Praedicatum reliquarum enuntiationum semel forma verbi θέλειν est, bis verbum dicendi, bis sentiendi; semper modus praedicati est indicativus.

His enuntiatis addimus ea, quae e verbis pendent.

de vit. et mor. col. 18, 9 (ὥσ)τ' ἐμμέ-
νε(ιν ο)ἷς ἐπῄνο(υν), ἀδύνα-
το(ν . . .

rhet. I, 142 col. 35, 35 μαρτ[υ]ρεῖ δ' ὁ βίος ο[ἷ]ς λέ-
γο[μ]εν ε . . θεν . . . . ω . . .

rhet. I, 268 col. 31, 4 Κ[ἂ]ν ὁ φιλόσοφος
δὲ περιπέσῃ ποτὲ οἷς λέ-
γουσιν, οὐ κακὸς [γ]ενόμε-
νος περιπεσεῖται.

rhet. II, 271 col. 15ª, 8 Καὶ νὴ τὸν Δί' ἄν τις
οἷς εἴπαμεν π[ρ]οσβάλ-
λων λέγῃ . . .

rhet. I, 338 col. 31, 4 εἰκός
ἐστιν ἔπ[ε]ργα ποιεῖν οὐ-
κ ἐπαγγέ[λλοντ]αι, δύνα-

σθαι δὲ π[άντ]α[ς ἀ]κολου-
θ[ή]σειν [οἷς ἐ]ρωτᾷ τις.

de piet. p. 148 col. 28, 12 οἱ δὲ πεισ(θέν-
τες οἷς ἐχρησμω(ι-
δήσαμεν περὶ θε-
ῶν πρῶτον μὲν
ὡς θνητοὶ μειμε(ῖσ-
θαι τὴν ἐκείνων
εὐδαι[δαι]μονίαν[1])
θελήσουσιν . . .

de ira col. 46, 3 ⟨πᾶσιν⟩? δ'εὔσημον οἶμαι
τοῖς παρηκολουθηκόσιν οἷς
ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τού-
των ἐπεσημηνάμεθα.

rhet. I, 358 col. 68, 13 Οὐ μὴν
ἀλλὰ κἀκεῖνον κακῶς
καὶ μαχόμεν[οι ο]ἷς ἐ-
ψηφίσα[ντο] μετὰ τὴν
τε[λευτὴν οἱ Ἀθην]αῖοι
τῆ[ν Δη]μοσ[θένους] καὶ
. . . . . θομ. επιρα

In duobus ultimis enuntiatis relativis non tam facile quam in iis, quae antecedunt, pronomen relativum converti potuit, cum attributis aucta sint; sed utroque loco enuntiatio relativa verbo poscitur et pronomen ei succedit, et praedicatum in indicativo positum est verbum dicendi aut sentiendi. Accedit quod pronomen est neutrius generis.

In reliquis enuntiatis relativis facillime pronomen ex accusativo in dativum traduci potuit; nam semper est neutrius generis plur.; praeterea quattuor enuntiata nihil nisi obiectum et praedicatum continent, unum subiecto, unum attributo auctum est. Praedicatum semper in indicativo positum quinquies verbum dicendi est, semel interrogandi.

Enuntiationes relativae, quae insequuntur, e praepositionibus pendent.

ἐν

de poem. II fr. 7, 17 (p. 241) ἐν οἷς γράφει

[1]) Sic pap.

de vit. et mor. col. 8, 22 Ἂν μενοῦν οἱ σοφοὶ γινώσ-
κωσιν ἀλλήλους, ἡδέως
ὑπο)μνη(σ)θήσονται πρὸς
ἀλλήλω(ν) ἐν οἷς διεσαφή-
σαμεν . . .

rhet. I, 13 fr. 3, 4 εἰ δ' [ἐν
οἷς ἐπή[γγελται, καὶ] ῥη-
τορικό]ς ἐστ[ιν καὶ τεχ]νί-
τ]ης, ὡς ε[ὔ]λογό[ν ἐστιν.

de mus. III, 19, 1 (p. 28) διὰ τούτων τὸν Ἴωνα
μ]ὲν ἐν οἷς ὑπὲρ. [Ἀ]χιλλέως
εἴ]ρηκεν . . .

ἐπί

de ira col. 15, 11 ἀλ-
λ' εὐθέως κάθηνται τιλλό-
μενοι καὶ κλαίοντες ἐφ' οἷς
ἐπαρῴνησαν . . .

de ira col. 26, 32 ἢ διὰ τὴν
ἐφ' οἷς ἔπραξαν μετάγνω-
σιν ἢ . . .

rhet. I, 220 col. 40a, 1 Ἀλλὰ μὴν [ο]ὐ-
δ' ἐφ' οἷς ἐπαινοῦσι καὶ ψ[έ]γου-
σι[ν] εἵ[δησις ἔστ]αι . . .

Pronomen relativum, quod assimilationem passum est in his enuntiatis, est neutrius generis plur. Praedicatum, cuius modus in omnibus enuntiatis relativis est indicativus, verbum dicendi aut faciendi est. Quinque enuntiata obiectum et praedicatum continent, unum attributo auctum est, novissimum autem obiectum et praedicatum bipertitum amplectitur. Omnibus his locis enuntiatum relativum assimilationi obnoxium fieri debuit, utpote quod praepositione flagitaretur.

b) De enuntiatis relativis attributivi generis.

α) Accusativus in genetivum conversus est.

rhet. I, 122 col. 22, 30 ἡ σοφιστικὴ ῥητο-
ρικὴ τέχνη τίς ἐστιν περί
τ]ε τὰς ἐπιδείξε[ι]ς, οἵας αὐ-
τοὶ ποιοῦνται, καὶ τὰς τῶν
λόγων δ[ι]αθέσ[ε]ις οἵων αὐ-
τοὶ γράφουσίν τε [κ]αὶ σχεδι-
άζουσιν

Quod exemplum demonstrat, quantopere Philodemus ad assimilationem pronominis relativi inclinaverit; nam quamquam pronomen amplius, quod masculini generis est, una voce a notione, ad quam spectat, seiunctum et praedicatum bipertitum est, tamen assimilatio pronomine potita est.

de vit. et mor. fr. 81, 7 (ἢ) μηδὲ πᾶ(ν ἁ)μάρτη-
μα καὶ τὸ τυχόν, μηδ' ὧν
οὐ χρὴ παρόντων . . .

de mus. IV, 24, 21 (p. 93) δι' ὧν εἰ[ώ]θαμεν ὑπ[ο]γρά-
φειν θεωρημάτων.

oec. col. 14, 15 ἂν δὲ καὶ πλείω,
τῶν ἄλ[λ]ων ὧν ἀπαλλάτ-
τει δυσχερῶν [ο]ὐ πλείον' . . .

de vit. et mor. fr. 33, 4 μη)δὲ τὴν ἔ-
τ' ἄχ(ν)ην ε(ἰπ)εῖν αὐτοῦ
παρὰ (τ)οῦ(το π)ροσκοπὴν
καὶ κατ' ἀγά(πη)ν, μηδὲ
καθ' ἕ(καστον) ὧν (λ)έγο(μεν
τῶν (δι)καίων.

de vit. et mor. fr. 75, 5 οἱ δ(ὲ) συσ(χο-
λάζο(ντ)ες οἶδασ(ί τ)οι πλ(ῆ-
θος ὧν ἔχομεν ἀγαθῶν . . .

de eo qu. bon. col. 20, 26 εἰ καὶ (ἐκ τοῦ συγ-
κε)χωρημένου π(ροσα)πε-
στέρει τῆς ἐπιση(μ)ασίας
ὧν ἔχει προτερημάτων.

de ira col. 6, 3 ἐν τῷ θεω-
ρῆσαι τὸ μέγεθος καὶ τὸ
πλῆθος ὧν ἔχει καὶ συν-
επισπᾶται κακῶν (ἀδια-
νοήτου καθεστῶτος).

rhet. II, 190 fr. 5, 1 Ο]ὐ μὴν πραγματι-
κὴν ποιεῖται τὴν σκ[έ-
ψιν ἀλλ' ἤτοι παρὰ
τὴν ἀδιαληψίαν ὧ[ν
ταῖς ὀνομασίαις ὑπ[ο-
τάττει διανοημάτ[ων
συ]νισταμένην

rhet. I, 214 col. 23a, 20 οὐ μόνον
τὴν σοφίαν αὐτοῖς ἀπο-
νέμουσι[ν] ἀλλὰ καὶ τὴν εἴ-
δησιν ὧν ἕκαστον ὠφε-
λημάτων καὶ βλαμμάτων παρασκευάζει.

In his enuntiatis relativis pronomen assimilatione converti debuit, cum notio, ad quam enuntiatum relativum spectat, et hoc in unum corpus confusa sint, quam positionem assimilationi quam maxime idoneam esse saepius iam cognovimus. Forma pronominis, quae in assimilatione spectatur est ὧν (semel masculini, octies neutrius generis); praedicatum enuntiationum attractarum semper indicativum exhibet[1]).

His enuntiationibus relativis adiungimus eas, quae notioni, ad quam referuntur, succedunt.

rhet. II, 215 col. 11, 25 μὴ
προσήκε]ιν αὐτοὺς ἐξε[τ]ά-
ζειν ἐκ τ]ῶν τεχνολογιῶν
ὧν τινες] ἀνέγραψαν ὁμωνύ-
μ]ως προσαγορευόμενοι ῥή-
τορες . . .

rhet. I, 368 col. 85, 14 καὶ διαλέγεται
π]ερὶ αὐτῶν ὧ[ν] φαμεν

rhet. I, 116 col. 18, 21 Ἔτι τ[οί-
νυν ἕν[εκ]α τῶν δε[ιγ]μ[άτω]ν
ὧν ἄνθρω[π]ος [π]αρατέθη[κ]εν
ο[ὗ]τος, ἄδηλον εἶναί φημι,
πότερον . . .

Positio earum enuntiationum relativarum, quae notioni succedunt, ad quam spectant, ad assimilationem minus idonea est,

---

[1]) Quibus quae modo protuli exemplis adiungas haec:
Anth. Pal. V, 132, 1 (= V, 131 ed. Stadtm. vol. 1, 133)
v. 1 Ὦ ποδός, ὢ κνήμης, ὢ τῶν ἀπόλωλα δικαίως
μηρῶν,
v. 4 ὢ τῶν μαίνομαι ὀμματίων,
v. 6 ὢ τῶν θύομαι φωναρίων

In his enuntiatis relativis pronomen ex accusativo assimilatione in genetivum traductum est; nam verba similiter cum accusativo coniuncta sunt atque Latinum „perire aliquam" (cf. C. F. W. Müller, „Syntax des Nominativs und Akkusativs im Lateinischen", Lipsiae 1908, p. 117). In versu sexto pro *θύεμε* a Salmasio *θύομαι* probabili coniectura in verborum ordinem receptum esse puto.

id quod vel inde cognosci potest, quod haec enuntiata saepius attractionem effugerunt; semper autem quos tractavimus scriptores assimilationem adhibuerunt in enuntiatis relativis, quae notionem antegrediuntur, ad quam spectant, ut pronomine assimilato appareat incorporatio quae dicitur. Pronomen relativum, quod in enuntiationibus modo allatis in assimilatione cernitur, semel feminini generis est, bis neutrius; uno loco probabili coniectura in textu positum est. Praedicatum semper tali verbo repraesentatur, quale assimilationi favet, et semper indicativum exhibet.

β) Accusativus dativi formam induit.

Locos laudamus eodem ordine, quem supra servavimus.

Pronomen relativum amplius assimilatum est:

oec. col. 16, 18 οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' [ἀ-
κροσφα[λ]ῶς αὐτῶι διακείσ[ε-
ται τὰ ὑπάρχονθ' ο[ἷ]ωι π[ρο]είπα-
μεν ὄντι·

Enuntiatum relativum et notio, ad quam pertinet, in unum confunduntur:

rhet. II, 154 fr. 12, 5 [ὁ] γὰ[ρ
πολὺς εὐθέως ἐφ' αἷς αὐ-
τὸς ἔδωκε τιμαῖς φθο-
νε[ῖ το]ῖς λαβοῦσι . . .

de morte IV, 36, 12 (p. 348) ληροῦσι δ'ἄλλως καὶ τὴν ἐφ' οἷς
δήποτε θαυμαζομένοις ὑπ' ἀνθρώπων
μνήμην εὐδαιμονίζοντες ἥτις ἐπα-
κολουθεῖ ζωαῖς ταλαιπώροις, ἀλλ' ο(ὐ) μό-
νην τὴν ἐφ' οἷς ἀπέλαυ(ε)ν τις ἀγαθοῖς.

Ne quis dicat hoc loco genetivum assimilatione in dativum conversum esse, affero e multis duo enuntiata, in quibus e verbo ἀπολαύειν accusativus pendet:

Xen. Cyr. V, 4, 19 . . . τοῦ γεγενημένου πράγματος τούτου ἀπολαῦσαί τι ἀγαθόν . . .

et ibid. V, 4, 34 . . . ὅσα μὲν ὠφελεῖσθαι ἔστι ἀπὸ μεγάλης πόλεως, ταῦτα ἀπελαύομεν . . .

de mus. III, 8, 6 (p. 23) καὶ
το]ῖς λεγομένοις ὁ βίος μαρ-
τυρεῖ, παριστὰς πολλοὺς ἐν
οἷς ἐνκωμιάζουσι μέλεσι καὶ
ῥυθμοῖς συνεχίζοντας ὑπερ-
άθλους ὄντας . . .

Enuntiatum relativum notionem subsequitur, ad quam refertur:

de vit. et mor. fr. 68, 7 τἀκόλουθα τοῖς ἀ-
γαθοῖς πράττειν ο(ἷ)ς ἔχουσι

rhet. I, 89 col. 52, 5 καθάπερ εἴσεται
πᾶς ὁ μετὰ συνέσεως καὶ
τούτοις μὲν οἷς παρεθέ-
μεθα προσεσχηκώς . . .

Etiam in his enuntiatis relativis omnia adsunt, quae ad pronomen relativum assimilandum adiuvent. Imprimis positio enuntiatorum, quae leguntur rhet. II, 154 fr. 12, 5; de morte IV, 36, 12; de mus. III, 8, 6 assimilationi quam maxime idonea est. Singulis locis pronomen relativum masculini (οἷῳ) et feminini generis (αἷς) in assimilatione spectatur, quattuor locis neutrius generis (οἷς). Semper praedicatum indicativum exhibet.

2. Leguntur etiam loci, quibus dubitari possit, utrum assimilatio pronominis relativi statuenda sit necne.

rhet. I, 82 col. 47, 24 Οὐ μ[ὴν ἀλλ' ἀδύ]να-
τον τὸ πρα]γμάτευμα
τὸ τῶν ῥ]ητόρων ἐπαι-
νετεῖν, ἐν οἷς δ[ι]δάσκου-
σι συμβουλεύειν δή[μοις?
. . . ο . ειτασυνακας τὸν κτλ.

rhet. I, 286 col. 7, 13 ἀπεργάζοιτ' ἂν τὸ χρή-
σιμον καὶ θαυμαζόμενον
τοῦ δύνασθαι τὰ ἐνόντα
δ[ιοικ]εῖν, ὃ γίνεται μὲν
διὰ φυ]σιολογίας ἐν τοῖς
π[ρὸς] εὐδαιμονίαν, οὐκ ἐν
οἷς ἐ[ξ ἐμ]πειρίας καὶ τ[ρ]ι || βῆ[ς

Priore quidem loco ἐν οἷς cum δήμοις coniungendum, altero vero loco ἐν οἷς ex ἐν τούτοις ἃ (scil. γίνεται) assimilatione effectum videtur esse.

de morte IV, 14, 4 (p. 320) καὶ πᾶσαν ἀπολάβῃ τὴν ο[ἰ]κειοτάτην
ᾗ] ἐνδέ[χ]εται διαγωγήν . . .

Mekler annotat: „ᾗ habe ich mit Gomperz ergänzt; auch ἧν oder, wie Ottaviani will, εἰ wäre möglich.“ Ego quidem ἧν praeferam, ut evitetur hiatus.

Sequuntur duo enuntiata relativa, quorum pronomen infinitivo τυγχάνειν supplendo explicari potest.

rhet. I, 66 col. 36, 2 Τετευχότας γὰρ αὐτοῦ
οὗ θέλουσιν παραστήσε[ι,
τεχνικῶς δὲ τοὺ[ς] οὐ τε-
χνίτ[ας] ἀνεστρ[αμ]μέ-
νους οὐ πα[ρ]αστήσ[ει].

de deor. viv. rat. col. 7, 4 καὶ διὰ τοῦ-
το μέντοι τυγχάνῃ πάντ(ω)ν ὧν βούλε-
ται.

de vit. col. 15, 9 (οὐ-
δὲ δι' ὧν προσήκε(ι) . . .

Initium huius columnae usque ad versum decimum interiit. Dubitari potest, utrum infinitivus verbi antecedentis supplendus sit necne.

3) Assimilatio pronominis relativi non statuenda est in enuntiatis, quae sequuntur.

de mus. IV, 30, 6 (p. 100) πεφλυ-
άρηται δ'οἷς ποτε εἴρηται
καὶ τὰ περὶ τῆς τοῖς μετεώ-
ροις ὁμ]οιότητος.

Qua in enuntiatione relativa non alius casus in dativum traductus est, sed dativus est principalis. Ante relativum nihil nisi demonstrativum pronomen τούτοις omissum est, dativus personae agentis, qui saepissime pro ὑπό c. gen. cum passivo coniungitur. Enuntiatio similis legitur de mus. IV, 33, 11 (p. 103).

Reliquae enuntiationes, de quibus nunc agatur, sunt hae:

περὶ σημ. col. 13, 1 οὐ
γὰρ ἀφ' ἧς ἔτυχεν κοινότητος
ἐφ' ἣν ἔτυχε κοινότητα μετ(α-
βατέον ἐστίν

περὶ σημ. col. 28, 25 (καὶ) τὸ μὴ
ἐπιλε)λογίσθαι ὅτι (οὐκ ἀ)φ' οὗ ἔ-
τ(υχε)ν ὁμοίου ἐφ' ὃ ἔτυχεν οἰό-
με(θα) δεῖν μεταβαίνειν . . .

περὶ σημ. col. 20, 32 ὡ(ς) οὔτε πά(ν)τα ἀ-
ναγκαῖά ἐστι(ν ἐ)κπερι(ελ)θεῖν τὰ
φαινόμενα (παρ' ἡ)μῖν οὔ(τ)ε μὴν
οἷς ἔτυχεν ἐντ(υχ)εῖν . . .

Quibus in enuntiatis relativis non assimilationem pronomine relativo in nominativo posito potitam, sed casum principalem esse docet locus hic:

περὶ σημ. col. 17, 34 διὰ το(ὐ-
κ ἀ(φ') ὧν ἔτυχε κοινοτήτω(ν
σημειωτέον περὶ ὧν ἔτυχε(ν.

Nam „ἔτυχε impersonalem significationem habens sane quidem infinitivum verbi, quod est in enuntiato primario, supplendum admittit[1])". Structura enuntiati, quod exstat col. 13, 1 ita solvenda est: οὐ γὰρ μεταβατέον ἐστὶν ἀπὸ ταύτης τῆς κοινότητος, ἀφ' ἧς μεταβαίνειν ἔτυχεν. ἐπὶ ταύτην τὴν κοινότητα, ἐφ' ἣν μεταβαίνειν ἔτυχεν . . . Enuntiationes similes similiter solvendae sunt. Itaque forma pronominis non mutata est, quam ob rem assimilationem non statuendam esse puto. Ex exemplis, quae Schindler e Strabone collegit, afferam unum simillimum: V, 2, 4 ἐπιφοιτᾶν ἐφ' οὓς ἔτυχε τόπους.

II. Nunc inspiciamus exempla assimilationis vulgaris omissae.

1. Accusativus integer remansit.

a) Enuntiatum substantivi generis exstat

rhet. I, 170 col. 10, 5 κ[α]τά γε τὸ
κοιν[ὸν] ἁπάντων [τούτ]ων
ἔχουσι[ν οἱ π]επαιδε[υ]μ[έ-
νοι πλὴν ἴσως [ἃ] νε[ωστὶ
ἔνιοι τῶν τεχνογρα[φ]ού[ν-
των τεθεμα[τίκα]σιν

b) Enuntiata attributivi generis leguntur haec:

α) Accusativus non in genetivum conversus est.

Omnia enuntiata relativa, quae huc pertinent, notionem subsequuntur, ad quam spectant.

1) Cf. Schindler, De Diodori Siculi et Strabonis enuntiationum relativarum attractione, Frankenstein 1909, p. 25.

rhet. I, 164 col. 3, 8 καὶ παρ-
ῆν πάθη καὶ [ἤθη καὶ ὅσα
καὶ ἐγκ]ατασ[κεύου λόγου
τά[ττουσιν εἴδη, ὃν φιλο-
κατάσκε[υον ἐπον]ο[μάζου-
σιν . . .

oec. col. 11, 21 τῆ[ς] δὲ φυλακῆς, ἣν
γ]ε 'Ατ[τι]κή[ν] φησιν εἶναι . . .

de ira col. 30, 31 (οὐ-
χ οἷον) τῶν νωχελεστά-
των, οὓς (καὶ ἅμα) βαρυθυ-
μοτάτους ἐνίοθ' ὁρῶμεν

rhet. I, 264 col. 28, 17 καὶ ταῦ-
τα τῶν μεγίστων πολιτι-
κῶν τὰ τοῖς πονηροτάτοις
ὀφιλοῦντα συνάπτεσθαι
πρὸ[ς βῆ]μα κεκ[ο]μισμέ-
νων, οὓς μόνους φασὶ π.
. . . . -εισι πᾶ[ς] ἀρ[ετ . . . .

rhet. II, 170 fr. 5 ἀλλὰ δῆ[λον ὅτι φι]λοσόφων αὐτῶν, [οὓς ἐν τα]ῖς μεγάλαις πό[λεσι τὰς πό]λεις θωπεύον[τας παρειλ]ήφαμεν.

rhet. I, 222 col. 42a, 4 'Αποτεθεωρημένων
τοιγαροῦν, ὦ Γάϊε παῖ, ἁπάν-
των, ἃ μέρη φασί τινες καὶ
διδάγματα τῆς ῥητορικῆς
ὑπάρχειν . . .

Quibus in enuntiatis relativis una cum pronomine etiam accusativos praedicativos converti necesse erat. In enuntiatis, quae leguntur oec. col. 11, 21; rhet. I, 264 col. 28, 17; I, 222 col. 42a, 4 pronomen relativum est subiectum structurae accusativi cum infinitivo.

περὶ κολ. VH² I, 86 (Rh. M. 51, 317) καὶ γὰρ ἕνεκα [το]ύτων, οὓς εἶπ[ον . . .

Reliqua, quae post verbum εἶπον sequuntur, incerta sunt.

de philos. col. 7, 4 Καὶ 'Αντίπατ(ρ)ος ἐν τ(ῷ
κατὰ τῶν αἱρέσεων τῆς τε τοῦ
Ζήνωνο(ς) μιμνήσκεται πολι-
τείας, κα(ὶ τ)ῆς τοῦ Διογένους δ(ό-

ξης, ἣν κα(τ)εχώρισεν ἐν τῇ πο-
λιτείᾳ τ(ῆ)ς ἀπαθείας καταπλη-
θόμενος αὐ(τοῦ, ὥσπερ κ)αί (φασί
τινες.

rhet. I, 154 col. 11, 4 Π]ερὶ μὲν
οὖ]ν τῆς ['Ελ]ληνικῆς
ἑρ]μηνείας, ἣν οἱ μὲ[ν
συνά]γουσιν ἐν τῶι τὰς
ἐθν]ικάς τε φυλάτ-
τειν ἰδιότητας κἂν
τῶι μὴ σολοικίζειν.

Enuntiata relativa ad notiones spectant, quae definitae sunt nomine proprio.

rhet. I, 62 col. 32, 31 Ὦ θαυμασ[τ]ῆ[ς] δῆ-
τα τε]χνίας, ἣν οὐ μαθ[όν]τ' ἔ[φα-
σάν τε] τοὖργόν [πο]τ[ε περι-
ποιήσ]ειν, οὔτε [ῥη]τέον
ἐκείν]ους.

Quod enuntiatum relativum attractionem effugit, cum ad exclamationem referatur.

de vit. et mor. fr. 29, 4 καταρχ(ώ)μεθα σ(ήμε)ρον
τ)ο(ῦ) καὶ (αὐ)τὰς τ(λήσει μ)ὲν
εἰς ἐκε(ί)νο(υ) τή(ν γ' ἀμέλ)η-
σιν· ὃ κ(αὶ) τῶν κω(μικ)ευτ(ῶν
ἐμιμή(σ)αντό τινες εἰσ(αν-
α)γα(γό)ν(τ)ες πρεσβύτας, μ(ὴ
κα(λ)ῶς μὲν ἀποθ(νή)σκον-
τας, ἐλεοῦντας δὲ τοὺς υἱ-
ο)ὺ(ς αὐτῶ)ν γηράσ(κοντας.

Accusativus neutrius generis ὃ ad totam sententiam praecedentem spectat, qui nunquam assimilatur.

rhet. II, 23 col. 29, 9 ἐφάπτε[ται γὰρ τῶ]ν
τ[οι]ούτ[ων λόγων, οἵους ἂ]ν
σοφισ[τὴς ποιοῖτο, ὧι γε
οὐθὲν ὑπ[όκ]ει[ται π]ρᾶ[γμα,
ὧι παρακολου[θεῖ.

Praedicatum enuntiationis relativae optativo continetur ἄν particula adiecta, quem modum apud Philodemum nunquam in

enuntiatis relativis attractis cernis. Gravissimum autem est, quod subiectum enuntiati relativi amplificatum est.

de vit. et mor. fr. 68, 2 ποικίλης τε φ(ιλοτε)χνί-
ας οὔσης, ο(ἵ)αν ἐπ(ι)σημη-
νάμεθα . . .

de mus. IV, 13, 10 (p. 78) πρ[ῶτον] μὲν δὴ τὸ κακοῦ
καὶ [με]γάλου τῆς ἐρωτικῆ[ς
ὀρέξ[εω]ς οὔσης, ἣν γε [δ]ὴ νο-
οῦσι[ν οἱ Π]ανέλληνες, ἀρε-
τὴν [ἐρ]ωτικὴν εἶναι νο-
μί[ζει]ν [καταγ]έλαστον οὐ
μετ[ρί]ως.

de vit. col. 10, 32 ὡς (Ἡρ)ακλε(ί)του καὶ Πυθαγό-
ρου (καὶ Ἐμπ)εδοκλέους καὶ
Σωκ(ρ)άτους καὶ ποιητῶν ἐνί-
ω(ν), ο(ὓ)ς ο(ἱ) παλαιοὶ τῶν κ(ω-
μῳδογράφων ἐπεράπιζον.

rhet. II, 102 fr. 7, 1 οὐ χρεία . . .] | με περὶ τῶν ἄ[λλων πάν-
των λέγειν, οὓς καὶ αὐτὸς
Κριτόλαος ἐκφέρει δι-
ὰ τὴν πρὸς τοὺς ῥήτορας
φιλοτιμία[ν].

rhet. II, 78 fr. 1, 17 [ν· ἐπὶ δὲ τῶν
πολειτικῶν ἔ[ργων, ἃ παρα-
τιθέασιν . . .

Haec enuntiata relativa ad notiones spectant, quae attributis iam determinatae sunt.

Sequuntur reliqua non attracta enuntiata relativa, quae huc pertinent.

de piet. p. 34 col. 63, 13 Ὅμηρος δὲ τ(αύτης
τε τῆς (θητείας αὐ-
τοῦ μ(νημονεύει
καὶ τ(ῆς ἣν „μισθῷ ἔ-
πιρ ῥητ(ῷ" παρὰ (?) Λαομέ-
δοντι μ(ετὰ Ποσει-
δῶνος . . . . (τὸν
μισθὸν ἀ(πεστερή-
θησαν . . . .

de piet. p. 124 col. 106, 6 ἔν τε τῶ(ι) τρε(ισκαι-
δεκάτῳ περ(ὶ τῆς
οἰκειότητος ἧ(ν πρός
τινας ὁ θεὸς ἔχ(ει καὶ
τῆς ἀλλοτρι(ότητος.

rhet. II, 168 fr. 2, 3 [ἕνε-
κα] δὲ τῆς ἀγνωσίας, ἣν ἅ-
πα]ντες ὡς εἰπεῖν ἐπηχ[οῦ-
σιν ἡ]μεῖν . . .

rhet. II, 190 fr. 1, 1 τέχνη δ'ἐγένε-
το τοῦ καλῶς, ὃ καὶ ἐκ[ά-
λουν το[ῦ πι]στικῶς . . .

de mus. III, 62, 11 (p. 47) διὰ τούτων
ἃ νομίζ[ει κα]ὶ παρεσκεύ-
αζεν ἃ [παρέ]χει διὰ τῆς ὁ-
μοιότητ[ο]ς, ἴσως ἂν ἐπέ-
τεινε . . .

de mus. IV, 15, 37 (p. 81) καὶ ἀπὸ τῶν ὀνο-
μάτ]ων ἐκ[κ]ρέμασθαι, καὶ
το]ύτων, ἅ τις ἐρωτικὸς ἴ-
σω]ς ἔθετο καθάπερ τἄλ-
λα κατὰ τὰ[ς] ἰδίας προσ[θ]έ-
σεις] . . .

rhet. II, 78 fr. 1, 11 Τ[οῦτό γε ἐπὶ
τῶ[ν σ]υ[γγραμμάτων, ἃ συν-
τε[τ]ά[χασι]ν [οἱ πανηγυρικοὶ
ῥήτορες . . .,

quem locum mutilum recte restitutum esse puto.

rhet. II, 232 col. 33, 17 [δύνα]σθαι
γ]άρ, εἴπερ ἄ[ρα], λε[κτικ]ὴν
μη]δὲν ἔ[χει]ν τού[των, ἃ
ἐπ]ανγέλ[λετ]αι, ψεῦδος
ε[ὐδ]ήλω[ς.

rhet. II, 144 fr. 2, 3, 4 τ]ῶν δὲ φιλ- | ἐνκαλουμένω[ν . . .
ἃ ? λέγουσιν.

rhet. II, 247 col. 44, 25 ῥ[ητορικῶι, καθάπερ
φ]αν[ε]ρὸ[ν] ἐκ το[ύτων, ἃ Ἐπί-
κουρός φησιν ἐν [τῶι] περὶ
ῥητορικῆς καὶ Μ[ητρόδ]ω-

ρος ἐν τῶι πρώτωι [περ]ὶ
ποι[ημά]των καὶ Ἕ[ρμα]ρ-
χος [ἐπὶ] Μενεκλέους [ἔ]ν
τ[ινι πρὸς Θε]οφείδην ἐπι-
στολῆι.

oec. col. 13, 26 καὶ [π]ροσδεῖσθαί τε πολλῶν,
ἃ μ[ὴ κ]εκτημένος [βι]ώσεται
ἐμπα]θεστέρως . . .

de vit. col. 24, 20 ὑπεροχὴν
ἐμφαίνοντες ἰδίαν ἢ τῶν
ο(ὓ)ς ἀποσεμνύνουσιν . . .

de grat. col. 18, 1 ἐμοὶ δὸς ἃ λέ(γω τἆ)λ-
λα περὶ τῶν, οἶσ(θ', ἃ προ)ε-
θέμην, λέλεκτ(αι πάν)τα

In duobus novissimis enuntiatis articulus pro pronomine demonstrativo apparet, in qua structura assimilatio nunquam adhibita est.

β) Accusativus non in dativum conversus est.

Agmen ducunto enuntiationes relativae iis similes, quas modo laudavimus.

περὶ σημ. col. 38, 13 κἂν συνκρούσωσιν (τοῖς οὕσ-
περ οἴονται τὰ μὲν π(αρηλλαγ-
μένους τῶν ὁμοί(ων τὰ δὲ
συνκατ(α)τ(ιθ)εμένο(υς . . .

περὶ σημ. col. 1, 12 ὥσ(τ)ε τὸ ἴδιον . . .
ἀ)ναγκαστικὸν ἀδυνατεῖν ἄλ(λ-
ως ὑπάρχειν ἢ σὺν τ(ῷ) ὃ εἴπα(μ-
εν αὐτοῦ κ(α)τ' ἀνά(γκ)ην (ε)ἶνα(ι
ἀφανές, οὗ (ση)μεῖόν ἐ(σ)τι . . .

περὶ σημ. col. 2, 15 ἔτ(ι δ'οὓ)ς? ἐν Ἀκώρει πυγμαί-
ους δ(εικνύ)ουσιν, ἀμέλει δ'ἀν-
α(λ)όγο(υς τοῖς οὓς) Ἀντώνιος νῦν
ἐξ Ὑρία(ς ἐκο)μίσ(ατο . . .[1])

rhet. II, 230 col. 24, 31 πρὸς
δὲ] το[ύ]τοις ὅσα τις ἂν τάχα
καὶ γινόμε[ν]α συνεργήσ[ειν
εἶπ]αι τῶι μέλλοντι συμ[φε-
ρό]ν[τ]ως πολιτεύεσ[θαι.

[1]) Enuntiatum similis structurae, in quo nominativus pronominis relativi integer remansit, infra p. 108 laudabimus.

rhet. I, 162 col. 1, 2 [τ]ινὰς δὲ ταῦθ' ὑπ[ά-
γ]οντα[ς] ἐκλο[γῆ] τῶν ὀνο-
μάτων, ἣν κατασκ[ευ]ῆ[ς] εἶ-
δος ἐκτ[ίθε]νται[ι].

Quibus in enuntiatis relativis si excipis id, quod legitur περὶ σημ. col. 2, 15, una cum pronomine etiam accusativos praedicativos in dativum traduci necesse erat. Accedit quod in enuntiationibus relativis, quae exstant rhet. II, 230 col. 24, 31 et περὶ σημ. col. 1, 12, pronomen est subiectum accusativi cum infinitivo; praeterea praedicatum prioris enuntiationis relativae optativum exhibet ἄν particula addita.

de vit. et mor. fr. 22, 3 με(ταθ)ήσ(ει τ)ού-
τους (δέ), τῶν (ἰ)διωμάτων
αὐτ(ῶν εὐ)θηνήσεως οἰκο-
νο(μου)μένης πρώταις
ἄ)λλαις, ἃς ὅτε καιρὸς (κ)αὶ τ'α-
γο)ραὶ (παρ)αδι(δ)ῶσιν ἄ(ν νεα-
νίαις.

Praedicatum huius enuntiati relativi coniunctivo continetur ἄν particula adiecta. Accedit quod subiectum bipertitum et pronomen feminini generis est.

rhet. II, 217 col. 13, 14 Δοκεῖ] δὲ ῥητορικῆς ἐπάν-
γ]ε[λ]μα τοῦτ' εἶναι τὸ λό-
γωι π]είθειν ἐν ταῖ[ς πρ]εσ-
β]είαις, ο[ὐ] δυνάμεσι[ν], ἐπεὶ
οὐ]δὲ δώ[ροι]ς οὐδ' εὐπρε-
πείαις οὐ[δ'] εὐπο[ρήσ]εσιν
οὐδ' [εὐτ]υχήσεσιν, ἅ τις ἂν
ἔχων ἐ[πι]τ[ύ]χοι κατὰ πρε[σ-
βείαν.

Pronomen relativum spectat ad substantiva, a quibus genere differt; praeterea praedicatum enuntiati relativi in optativo positum est ἄν particula addita.

Sequuntur reliqua enuntiata relativa non attracta, quae huc pertinent.

de eo quod bon. col. 3, 14 (ἐ)πεὶ καὶ τὸ
φιλογέλοι(ο)ν ὅλως εἶναι
τὸν βασιλέα κἂν αὐτ(οῖ)ς, ἅ-
περ οὐκ εἰκὸς (γελᾷν) . . .

de eo quod bon. col. 19, 29 καὶ
τοῖς κρατίστοις, οὓς χ(ρὴ) μ(ι-
μεῖσθαι, παραπλήσιον . . .

rhet. I, 334 col. 19, 7 [οὐ]κ ἐνδ[ε-
χόμεν[ο]ν ἀγν[ω]μόνως
χρῆσθαι τούτ[οις], οὓς ἐπην-
όρθωσαν, οὐδ' ἀγνώμο-
νας κα[ὶ π]ονηροὺς κα[ὶ δω-
ροδόκο[υ]ς τιν[ὰς] ὄντ[α]ς
καὶ πό[λ]ει κ[αὶ φίλοις ε]ἶ-
ναι χρησίμ[ους].

de mus. III, 8, 1 (p. 23) καὶ ταῖς ὁμω[νυμ]ία[ις] ἃς
αὐτοὶ κατὰ τὸ [πλεῖσ]τον
συνέκλασαν ἔν τ[ε τ]αῖς ἁρ-
μονία[ι]ς καὶ τοῖς μέλεσι
καὶ ῥυθμοῖς . . .

oec. col. 3a, 9 περι-
γενή]σ[εσθ]αι καὶ ταύτας ἐν
τοῖ]ς κτήμ[ασιν] καὶ χρήμασιν,
ἃ δι]οικονομεῖ . . .

2. Exempla dativi assimilationis omissae; omnia sunt attributivi generis.

de vit. col. 19, 17 καὶ διὰ τῆς ὀργῆς τούτων,
οἷς οὕτω προσφέρεται.

de morte IV, 36, 4 (p. 348) ἀλλὰ τῆς εὐδοκουμένης
ζωῆς ἧι πέφυκεν ἐπιγίνεσθα(ι).

rhet. I, 253 col. 20, 4 τοὺς δ' ὑ-
πολαμβάνοντας [ὡ]μοι-
ῶσθαι τοῖς καταφρο-
νοῦσι τῶν νομισμάτων,
οἷς χρώμεθα, ζητοῦσι
δ' ἕτερα . . .

Reliquarum enuntiationum relativarum, quae huc pertinent, sufficit locos adscribere.

de deor. viv. rat. fr. 9, 7; περὶ σημ. col. 30, 8; de mus. III, 13, 4 (p. 26); IV, 27, 34 (p. 97); rhet. I, 374 col. 96, 4; II, 62: 45, 3; II, 227 col. 21, 23; oec. col. 4, 11[1]).

[1]) His locis adde eum, qui exstat Anth. Pal. VII, 222, 1.

3. Nominativus integer remansit in enuntiatis, quae sequuntur.

a) Enuntiatum generis substantivi exstat

rhet. I, 91 col. 53, 20 π]ερ[ὶ δὲ] τοῦ
μηδὲν μέ[ρο]ς αὐτῆς τ[ε-
χνικ[ὸν ὑ]πάρχειν, ἀμά-
θητος ἃ καὶ τούτῳ [ἐπαγ-
γέλλεται, ποιήσασ[θαι τ]ὴν
συναγωγήν.

b) Generis attributivi sunt haec enuntiata.

α) Nominativus non in genetivum traductus est.

περὶ σημ. col. 14, 39 εἰ μὲν οὖν ὁμοί-
ω(ν ὄ)ντων τῶν ἄλλων λίθων
μᾶ(λ)λον δὲ καὶ ἀπαραλλάκτων
ὅσα τὸν σίδ(η)ρον ἐπισπῶνται
τινὲς μὲν (τοῦ)τ' ἐποίουν, τινὲς
δ' οὐκ ἐποίουν, ἐσαλεύετ' ἂν ἡ κα-
τὰ τὸ ὅμοιον μετάβασις.

rhet. I, 307 col. 35, 4 τῶν [μ]ηθέ[ν] πω πρὸς [εὐδαι-
μ]ονίαν περαινόντ[ων ἀ-
πέστη [πά]ντων, ὅσα [μὴ τὸν πα-
ρὰ το[ιαύτ]ας κακὰς δόξ[α]ς
θόρυβον ἰάτρευε . . .

rhet. II, 246 col. 43, 26 ἔχου[σιν καὶ ἱστορίαν
καὶ πολλῶ[ι μείζω τῶν ῥη-
τόρων ν[όμων] πέρι [καὶ
ψηφισμ[άτων καὶ προσό-
δων κα[ὶ εἰσφορῶν τε
καὶ τῶν ἄ[λλω]ν, ὅ[σα] πρὸς
δ[ι]οίκησιν ἀνήκει πόλε-
ως . . .

oec. col. 22, 36 ο[ὐ γὰ]ρ ἐοίκα-
σιν οἱ αὐτοὶ κατά γ[ε το]ύτους
ἐργάται τ[ε] εἶναι τῶν καλῶν,
ὅσα πρὸς [τ]ὴν ἐκ τῶν κ[υ]ριω-
τάτων ἀταραξία[ν σ]υντείν[ει . . .

de ira col. 34, 19 ὅτι χω-
ρὶς αὐτοῦ τοῦ πάθους
καὶ τῆς διαθέσεως καὶ τῶν
ὅσα παρ' αὐτοὺς διὰ ταῦ-
τα γίνεται . . .

rhet. II, 119 fr. 16, 9 διαλε-
χθε]ὶς πε[ρὶ τῶ]ν ἡρώ⟨ων,
οἳ τ]ότε δ[υ]νατοὶ [λ]έ-
γειν] ἦσαν

de mus. III, 53, 5 (p. 44) μεθ' ἡδονῆ[ς], ἣ τοιαύτην
ἔχει δύνα[μι]ν . . .

Reliquorum enuntiatorum locos indicasse satis erit.
de eo quod bon. col. 14, 27; de ira col. 32, 17; 42, 20; de vit. col. 12, 23; de mus. IV, 38, 21 (p. 110); de morte IV, 8, 13 (p. 314); de poem. II fr. 40, 11 (p. 257); rhet. I, 69 col. 38, 2; I, 76 col. 42, 26; I, 294 col. 18, 10; II, 26 col. 32, 5; II, 247 col. 44, 9.

β) Nominativus neutrius generis non in dativum abiit.

rhet. I, 160 col. 18, 11 Πρὸς δὲ τούτοις, ἃ καὶ
παρά τισι τῶν τεχνο-
γράφων καταχεχώ-
ρισται, διὰ τὸ κατα-
πυκνοῦν τοῖς ὑπερ-
βατοῖς οὐκ οὔσης ἀ-
νάγκης χρησιμεύ-
ειν ὑπολαμβάνοντας,
ἂν δὲ ἀναγκαῖον ἧι
χρῆσθα[ι] . . .

Alterum locum protulit Philippson [1]).

Leguntur igitur in scriptis Philodemi, ut missas faciamus incertas assimilationes easque, quae non sunt Philodemi, 66 enuntiata relativa attracta, e quibus sunt 47 substantivi generis, 19 attributivi. Nullus alius casus nisi accusativus assimilatus videtur esse. Pronomen relativum in hoc casu positum assimilationem effugit in uno

[1]) De Philodemi libro, qui est *περὶ σημείων καὶ σημειώσεων* Berolini 1881, p. 7.

enuntiato relativo substantivi generis et in 42 enuntiatis attributivi generis, quae omnia notionem sequuntur, ad quam spectant. 30ies accusativus non in genetivum, 12ies non in dativum traductus est. Masculinum genus pronominis relativi in 13 enuntiatis integrum remansit, femininum in 12, neutrum in 17 enuntiatis. Quibus e 42 enuntiationibus in 12 pronomen probabili, ut mihi quidem videtur, coniectura in textu positum est. Pronomen neutrius generis 59ies assimilationi succubuit, masculini quater, feminini generis tribus locis. Forma ὧν assimilatione admissa occurrit 36 locis, e quibus sunt bini masculini et feminini generis; οὗ exstat duobus locis, qui sunt neutrius generis; οἵων masculini generis uno loco legitur. In 27 enuntiatis dativus in assimilatione cernitur: οἷς (semper neutrius generis) invenitur 22ies, αἷς uno loco; ᾧ neutrius generis spectatur tribus locis, uno loco οἵῳ masculini generis. Praedicatum enuntiationum attractarum indicativum exhibet duobus locis exceptis, quibus verbum coniunctivo continetur ἄν particula addita. Semper fere verbum tale est, quale assimilationi favet. Quae cum ita sint, Philodemum hanc, de qua agimus, proprietatem gratam habere colligi potest, id quod mirum non est, cum auctores imitetur Atticos, qui assimilationem pronominis relativi in deliciis habuerunt [1]).

[1]) Apud Philodemum haec leguntur

I. exempla assimilationis vetustissimae admissae.

Assimilatum est pronomen

ὁστισδήποτε de vit. col. 19, 19; 21, 23; 23, 25; de mus. I, 22, 8 (p. 12); III, 27, 5 (p. 32); IV, 3, 16 (p. 65); de poem. II fr. 14, 19 (p. 244); rhet. I, 157 col. 15, 6; II, 274 fr. 3, 14; oec. col. 12, 15. (His locis adde hos duos, quorum prior est Metrodori, alter Epicuri: rhet. I, 86 col. 50, 14; II, 257 col. 4a, 1.)

ὁστισοῦν de mus. I, 5, 7 (p. 4); rhet. II, 137 fr. 7, 16.

ὅστις de vit. et mor. col. 23, 26.

ὁσδήποτε de ira col. 25, 26; *περὶ σημ.* col. 21, 22; 22, 31; 23, 16 (Rh. M. 64, 30); 25, 28; de morte IV, 36, 19 (p. 348); *περὶ κολ.* VH² I, 77 (Rh. M. 51, 316); rhet. I, 70 col. 38, 24; I, 146 col. 39, 36; I, 259 col. 24, 33; II, 39: 26, 5; II, 171 fr. 7, 1.

οἱοσδήποτε de ira col. 24, 35; oec. col. 13, 31.

ὁποιοσοῦν rhet. I, 299 col. 25, 3; I, 362 col. 74, 13; II, 263 col. 8a, 24; oec. col. 18, 45.

ὁποῖος de vit. et mor. fr. 8, 7.

ὁποσοσοῦν rhet. I, 309 col. 37, 19.

ὁπόσος de piet. p. 16 col. 44, 19.

Appendicis loco proferamus exempla assimilationis admissae vel omissae, quae inveniuntur in fragmentis Diogenis Oenoandensis[1]), philosophi Epicurei, qui anno ducentesimo fere p. Ch. n. floruit.

I. Assimilatio vulgaris admissa est.

Nullus alius casus nisi accusativus assimilatur.

a) Generis substantivi haec enuntiata sunt.

α) Accusativus in genetivum traducitur.

fr. LXXIV col. 1, 5 μηδ' ὅτι
οὐ προν]οεῖν ὧν εἴρη-
κα δύναν]ται . . .

β) Accusativus in dativum traducitur.

fr. LXIV col. 1, 9 ἔπαιρε σεαυτὴν ἐφ' οἷς
πράττομεν.

b) Enuntiata generis attributivi leguntur

fr. LXIV col. 1, 10 τῶν
μέ[ν]τοι χορηγιῶν
φείδου πρὸς Διὸς
ὧν συνεχῶς ἡμεῖν
ἀποστέλλεις.

fr. XV col. 1, 3 Πολλά] μοι σημεῖα
τῆς σῆ]ς, Ἀντίπατρε,
ἕξεως παρέ]σχηκας δι'
ὧν τε ἔν]ανχος ἔπεμ-
ψας ἡμεῖ]ν γραμμά-
των καὶ ἄλλο]τε πρότε-

ὁσοσδήποτε περὶ σημ. col. 29, 38.
ὅσος de morte IV, 37, 36 (p. 350); de poem. II fr. 37, 20 (p. 255).
ὁπότερος de poem. II fr. 68, 9 (p. 269).

II. Assimilatio vetustissima omissa est.

Non assimilatum est pronomen
ὅστις de deor. viv. rat. col. 15, 5; de eo quod bon. fr. 2, 1; de morte IV, 8, 12 (p. 314).
ὅσπερ rhet. I, 7 col. 4, 17; I, 136 col. 32, 20.
οἷος de vit. et mor. col. 21, 20; rhet. I, 261 col. 26, 11; oec. col. 6, 1.
ὅσος de piet. p. 116 col. 98, 6; de mus. IV, 37, 16 (p. 109); rhet. I, 321 col. 53, 11; II, 152 fr. 9, 17.

[1]) Diogenis Oenoandensis fragmenta ed. I. William, Lipsiae 1907.

ρον, ἐξ ὧν] σε πρὸς φιλο-
σοφίαν ὁρῶ] ἐκθύμως ἐ-
πιβαλόντα] ἐν ἡ[δ]ονῇ δι-
άγειν.

fr. LXII col. 1, 3 ἐπιστάμε-
νος δὲ ἀκρειβῶς, ὅτι
τῇ γνώσει τῶν πρα-
γμάτων ὧν ἐν ταῖς
ὑποκάτω χώραις ἐ-
δήλωσα, φυσικῶν τε
ἅμα καὶ παθητικ[ῶ]ν . . .

II. Assimilatio vulgaris omissa est.

1. Enuntiatum attributivi generis, cuius pronomen ex accusativo non in genetivum conversum est, invenitur

fr. X col. 1, 4 διὰ] δὲ τῶν περιβολῶν,
ἃς ἐποιοῦντο τοῖς σώμα-
σ]ιν . . .

2. Enuntiatum attributivi generis, cuius pronomen ex dativo non in genetivum abiit, ocurrit

fr. XXIII col. 1, 1 τὸ φιλο-
σο]φεῖ[ν] μεταδιώκου-
σ]ιν ὡς ἤτοι παρ' ἰδι-
ωτῶνποριούμενοι
ταῦτα ἢ βασιλέων, οἷς
μέγα τι καὶ τείμιον
κτῆμα φιλοσοφία
πεπίστευται[1]).

Iam ad finem quaestionis venimus. Liceat paucis verbis summam facere. Apud scriptores Ionicos et Doricos vulgare genus assimilationis invenimus. Sed saepe auctores eam evitasse nobis statuendum erat, id quod etiam quadrat in maiorem numerum reliquorum scriptorum, quos tractavimus. Sane concedendum est genus eorum loquendi ad pronomen assimilandum haud idoneum esse. Sed non pauci nobis occurrerunt loci, qui

[1]) In Diogenis Oenoandensis fragmentis unum exstat exemplum assimilationis vetustissimae admissae. Assimilatum est pronomen *ὁποιοσοῦν* fr. X col. 1, 10.

eos assimilationem non gratam habuisse luculenter demonstrent. Revixit autem assimilatio latiusque egit radices, cum primo a. Chr. n. saeculo 'Ἀττικισταί qui vocantur, eam rursus adhiberent, quoniam usum atque genus dicendi scriptorum Atticorum classicae aetatis imitabantur. Rem ita se habere iam cognovit Foerster, docuerunt quaestionibus habitis Roesler et Schindler. Quibus argumentis Philodemi, qui ad historiam assimilationis pronominis relativi supplendam maximi momenti est, operibus tractatis novum adiecisse mihi videor. Quae cum ita sint, hanc, de qua egimus, proprietatem non modo Atticae esse linguae, sed etiam aliarum Graecarum dialectorum effectum est, id quod iam, a quo orsi sumus, Foerster docuit dicens[1]: „reperiri hanc attractionem in omnibus Graecis dialectis, creberrime tamen in Attica, quin etiam, quum κοινή invaluisset, frequentius apud eos, qui 'Ἀττικώτερον scripserunt“.

[1]) L. l. p. 90.

Appendix.

In copulationibus relativis, quae sequuntur, genetivum non assimilatione effectum, sed revera e praepositione pendere puto[1]). Quapropter has copulationes appendicis loco laudasse satis habeo.

Legitur apud Archimedem
ἕως οὗ, quod exstat tom. II, 358, 10 (de iis, quae in hum. veh. ζ').

Apud Euclidem
ἄχρις οὗ opt. 19 (VII, 28, 21; 24); 55 (VII, 114, 25).
ἕως οὗ el. VII, 1 (II, 188, 16; 22); IX, 36 (II, 408, 8; 13); X, 2 (III, 8, 2); XII, 5 (IV, 166, 8).
ἐξ οὗ el. XV (V, 48, 14).

Apud Apollonium
ἕως οὗ conic. II, 20 (I, 224, 26).

Apud Philonem
eadem copulatio relativa p. 66, 2.

Apud Heronem
ἄχρις οὗ belop. c. 28 l. 19; pneum. I. 37 (170, 13); II, 27 (284, 19); de aut. XI, 4 (374, 11); dioptr. 32 (288, 14); ἄχρι οὗ mech. frg. III, 2 (298, 19); dim. rat. II, 13 (126, 14).
ἕως οὗ pneum. I, 2 (34, 2: 26); II, 30 (294, 20); II, 31 (298, 4): de aut. XXIV, 3 (422, 20); dim. rat. I, 32 (78, 2); dioptr. 7 (216, 7); 14 (234, 28); 16 (242, 16); 17 (244, 12); 34 (298, 7).
μέχρις οὗ pneum. II, 17 (252, 6).

Apud Nicomachum
μέχρις οὗ arith. I, 8, 1 (14, 16); I, 9, 4 (20, 11): I, 10, 7 (23, 22); I, 10, 8 (24, 2); I, 10, 9 (24, 22); I, 13, 3 (31, 5); I, 16, 4 (41, 4); I, 18, 1 (47, 3); I, 19, 6 (50, 18); I, 23, 7 (65, 25); II, 8, 1 (88, 7); II, 9, 1 (91, 1); II, 12, 6 (98, 21); II, 13, 5 (100, 19); II, 20, 5 (119, 3).

Apud Theonem
eadem copulatio relativa p. 45, 15.

Apud Pappum
ἄχρις οὗ III, 26 (64, 1)
ἕως οὗ III, 27 (66, 10); VIII, 26 (1070, 26).

[1]) Cf. Roesler l. l. p. 55; 97.

Vita.

Natus sum Franciscus Schön pridie Kalendas Apriles anni MDCCCLXXXIII in vico comitatus Glacensis, cui nomen est Eckersdorf, patre Francisco, matre Anna e gente Scholz quam acerbissimo fato mihi ereptam lugeo. Fidei addictus sum catholicae. Puer duodecim annorum gymnasium Glacense adii, quod per novem annos frequentavi. Anno MCMIV maturitatis testimonio instructus universitatem Monacensem petii studiis philologicis operam navaturus. Docuerunt me viri clarissimi *Crusius, Furtwaengler* †, *v. Hertling, v. d. Leyen, Vollmer, Weyman, v. Woelfflin* †.

Autumno eiusdem anni Vratislaviam me contuli, et inter almae matris Viadrinae cives sum receptus, quae mihi dedit hos professores doctissimos: *Baumgartner, v. d. Borne, Cichorius, Drescher, Foerster, Heine, Hoffmann, Kampers, Koch, Kuehnemann, Kuekenthal, Leonhard, Nikel, Norden, Rohr, Sachs, Skutsch, Stern, Storch, Volz, Wendland.*

Tertio semestri ad proseminarium philologicum admissus sum, et tribus semestribus post per ter sex menses seminarii philologici sodalis fui ordinarius *Foerstero, Skutschio, Wendlandio* moderantibus. Praeterea adii exercitationes archaeologicas, quas *Foerster*, historicas, quas *Cichorius*, theodiscas, quas *Koch* instituit.

Omnibus his viris illustrissimis doctissimisque gratias ago quam maximas semperque me habiturum esse profiteor, singulares autem habeo *Foerstero,* qui liberalissime me in hoc opusculo conficiendo semper consilio suo adiuvit.